

Theophilus Großgebauer

**Mysterium Fraudis Photinianae Qûam Anonymus Quidam Sophista Sex Paginulis
Adversus de Sancta Trinitate Articulum impudenter commisit, In gratiam eorum
proditum, qui Principia Religionis Orthodoxae ac Photinianae strictim
cognoscere avent**

Rostochi[i]: Richel, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72995983X>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72995983X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72995983X/phys_0001)

DFG



Fg - 5005



Denzl

1735/33, book B

Odega
**MYSTERIUM
FRAUDIS PHOTINIANÆ**

*Qvam
Anonymous Quidam Sophista
Sex Paginulis*

**Adversus de Sancta
Trinitate Articulum**

impudenter commisit,

**In gratiam eorum proditum, qvi
Principia Religionis Orthodoxæ ac
Photinianæ strictim cognoscere avert,**

**AUCTORE
THEOPHILO Grossgebaur
Ministro Verbi apud Ecclesiam
Rostochiensem.**



ROSTOCHI

**Typis JOH. RICHELII, Sen.
Typogr. clo loc LV.**

*Nobilissimis Amplissimisque
VIRIS*

D. THEODORO MEIER
D. CHRISTIANO
SCHWARTZ, J.U.D.
D. HENNINGO VEITH
PRÆCLARISSIMÆ STRAL
SUNDENSIS REIPUBLICÆ
CONSULIBUS
SPLENDIDISSIMIS.

NEC NON

*Amplissimis Consultissimisque
VIRIS*

D. JOHAN-BALDASAR
CHARISIO, J.U.L.
D. HENRICO MICHA
ELIS, J.U.D.
REIPUBLICÆ STRALSUN
DENSIS
SYNDICIS
EMINENTISSIMIS,



Ejusdemq; Collegii Venerabilis
Amplissimis, Consultissimis
Speciosissimisq;
VIRIS

D. IMMANUELI KÖPPEN,
J. U. D.

D. JOHAN - CONRADO
BILLEBO, J. U. D.

D. BENEDICTO BAHARIO,
J. U. D.

D. GEORGIO PANSOW,

D. BRANDANO KLINCKOW,

D. SIMONI SPENGMANN,

D. BERNHARDO WULFF-
RATH,

Dictæ REIPUBLICÆ laudatissimæ
SENATORIBUS GRA-
VISSIMIS,

Dominis meis Faventissimis,

Spiritum JEHOVÆ, Spiritum
Consilii & Potentiae, Spiritum Scientiæ
& Reverentiæ JEHOVÆ ex animo
precor,

Magnam



Agnam Eloquiis DEI
vum atque efficaciam inesse ad
constringendos vel hostium suo-
rum animos, disceptatio Magi-
strorum Judaicorum ea com-
probat, qua veritatis splendore
compediti de ANGELO DUCE ac CUSTO-
DE EXERCITUS SANCTI EXE-
UNTIS EX AEGYPTO mirificè dissi-
dente. Nam ad Exodi locum capite, XXIII,
commate vicefimo, due diversissimæ opiniones de-
prehenduntur in dictorum hominum commentariis,
quas propter materiæ quam irado confinium im-
præsentiarum excusi non erit incongruens. Prima
est, quam legi nuper in Gemara Sanhedrin cap.
IV. s. X. editione Cochiana :

זהו מטtron ששמו כשם רבו ר' כתיב כי
שמי בקרבו או ה' נופלכו לירח כתיב
אל תמר בו וגגו :

Hoc est, Angelus iste est Metatron, cuius
nomen nomini Domini ipsius simile est.
Scriptum enim: Nomen meum est in me-
dio ejus. Respondet alter : Si ita est,
cultum ei exhibeamus. Respondetur ipsi:
Scriptum est; ne permutes cum ipso. Per-
git;

git: Et Q. S. E. Non condonabit defecti-
onem vestram, pro legato illum non re-
cepimus. In eadem Sententia est R. Salomo
Farheus ad caput allegatum. Is ipse ad Josue
quintum commentatur: Ecce veni, inquit, vir
iste v. 15. ad opem tibi ferendam, verum
diebus Mosis veni (nempe Exodi 23, 21. &
33, 2.) Moses autem nolebat me adesse.
Michael autem fuit, qui Josue tum visus
est. Eum ipsum angelum Misna cum Doctoribus
suis opponit Schechinæ, id est, Præsentia ac co-
habitationi DEI gratiose, adeo ut Angelus pro-
missus si duxisset Israelem, abfuturus DEUS ipse.
כִּי נַתְבָּשָׂרִים לְחֹטֹא וְשָׁכִינָה אֶסְמָרָתָו לֵהֶם
כִּי לֹא אָעַלְתִּי;

Dicitur hic, quod peccaturi sint, & præ-
sentia Majestatis DEI dictura sit illis:
Quia non ascendam. Hæc itaque ratione
Angelus iste nihil nisi creatura fuit è choro cetero-
rum angelum Exercitui Sancto datus.

Aliera Sententia est R. Mosis Nachmanidis,
qui à Patria Gerunda Gerundensis nuncupatur,
oppido Hispanie ad fluvium Sambroca juxta Py-
ræneos montes, sic enim ad Exodi χωρέιον addu-
ctum disputat: רַךְ הַאמְרָתְךָ הַמֶּלֶךְ

זה... שָׁחַבְתָּהוּ כֵּן כֹּאן הוּא הַמֶּלֶךְ
הַנִּאֲלָאָתָן אֲשֶׁר הַשֵּׁם הַגָּדוֹלָה פָּקְרָבָו כֵּי בָּרוּךְ
וּ הוּא צָרָה הַעוֹלָמִים וּ הוּא שָׁאַפֵּר אֲנוֹכִי
הַאֲלָל בִּתְהָאָלָל וּ וּקְרָאָנוּ הַכְּתוּב מֶלֶךְ בְּעַבּוּר
וּ הוּא כָּל נָהָרָה הַעוֹלָם הוּא בְּמִדְרָחָה
הַחַיָּה :

Ut vere rem expediamus, Angelus qui
hic promittitur, est Angelus ille redem-
tor, in cuius medio est nomen illud ma-
gnum. Nam in Jah Jehovah rupes se-
culorum. (*Ezai. XXVI 1, 4.*) Et is est qui
dicit, Ego sum DEUS Bethel, (*Gen. 31, 13.*)
Vocatque illum Scriptura Angelum.
Propterea quod omnis mundi hujus gu-
bernatio administratur per hanc virtu-
tem. Et posse paullo dicit: Præsente isto
Angelo non potuisse non præsentem
esse DEUM בְּשִׁכְנָה gratiosa Maje-
statisque plena præsentia, quoniam no-
men DOMINI est in medio Angeli.
Hæc verba omnino contradicunt interpretationi
primæ, cumque valde quadrant ad Novi Testa-
menti oracula, adversus Iudeos recipimus ea
atque urgemos. Error autem Talmudistarum
plerorumque & Zarchite in eo consistit, quod
capitis tertii & trigesimi commati secundo in
Exodo

Exodo bane mentem affingunt: q. d. Sicut ante prænunciavi vobis, ita mittam Angelum istum expulsorem Cananitarum, ipse autem vobiscum non ascendam, non consumam vos. Interea revercamini Angelum, neve exacerbetis ipsum. Ideoq; Mosen orasse DOMINUM, ut ipse Dux esset, qvia liberrimè ageret in remittendis peccatis, id qvod Angelus pro arbitrio suo facere non posset nec deberet.. Quia explicazione nihil esse impius.

Quod si enim promitteretur denuò Angelus dictus, (Exodi 23, 20.) ecquid Moses tantopere irepidatur? Cur iter recusat? An quod Angelus iste jam impotenter factus sit, qui ex Aegypto castra Israelicidum in columna ignis et nubis anteceperat primum documentum Gloriolæ Majestatis exhibens in fratre Phuraonis? Aut quod Angelus aliquis ordinetur à DEO ad cœlestiendum populum, DEUS eurem iratus se subirabat illi? Aut quod Israelites remoto isto Angelo liberius peccare potuerint praesente Schechina? Aut denique cur Moses non illicè sub exitum ex Aegypto contra Ducem assignatum, apud DEUM precibus egit? Cur Exodi XXIII, non reclamavit promissio-

ni, sed ut reclamaret, quod summi beneficij loco ba-
bebat? Quare is ipse Moses versu XII. Exodi
XXXIII. tam anxiè conqueritur: Vide tu
DOMINE edicis mihi, deduc populum
hunc, interea tu non indicasti mihi,
qvem missurus sis mecum? Audiverat certè
ex Rabbinorum quorundam sententia, Angelum
mittam tecum promissum in Exodo XXIII. In
omnibus istis collectionibus cum absurdâ multâ ma-
gnaq; implicentur, duas video interpretationes ad
Exodi XXXIII, 12. magis congruas. Prima
est adducti suprà Mosis Bar Nachman, is cum
wideret Angelum Ducem Israelis per mare algosum
non posse non adesse, nisi ipse DEUS & ejus Sche-
china unâ sint, quandoquidem DEO sit conjunctissimus,
quemadmodum Modus cum RE sua esse in
in Metaphysicis doceatur, finxit in isto loco gregari-
um quandam & vulgarem Angelum
è coborte cæterorum. Sunt ex Christianis multi
præclari Viri, qui Rabbinum in hac sententia
complecluntur. Relingo quemvis suo sensui. Quid
verò si mens Jehovæ ibidem sit: non esse quod Isra-
elitæ sibi de vitulo aureo gratulentur, quasi impune
id habituri, se enim Angelum promissum neuii-
quam unâ missurum, etiam si verbis id pollicitus fu-
erit? Sic enim scriptum est: Edixit igitur JE-
HOVAH

NOVAH Mosi, abi, ascende hinc tu & po-
pulus iste, qvem eduxisti è terra Ægypti,
in terram qvam Juramento promisi A-
brahamo, Jizchaco & Jahakobo; dicen-
do: Semini tuo dabo illam, (*dicendo item*)
Et mittam ante te Angelum: qvo expel-
lam Cenahanæum, Emoræum & Chittæ-
um, & Perizzæum & Chivvæum & Jebu-
sæum, in terram affluentem lacte & melle.
Sed verò non ascendam in medio tui
qvia populus durus cervice es, ne con-
sumam te in hoc itinere. *Tolerabilis* hæc in-
terpretatio nullam imponit necessitatem duos An-
gelos intelligi alterum *Increatum*, alterum *Creatum*.
Rabbini quantum ego quidem scio omnes in versu
primo perfectam atque plenam distinctionem pro-
pter Silluk accentum maximum statuunt, & in
commate altero novam planè orationem exordium
tun. Cum nemo tamen non videat vel ex cohæsione
versiculi tertii cum secundo esse orationem conne-
xam atque continuam. Magnus sanè Buxtorfius
naturam Silluki ita descripsit in *Theſl. Gramm.* l. 2.
cap. 23. Versus qvidem, inquit, per Silluk fi-
nitur, non ipsa semper sententia, qvæ du-
obus aut tribus versibus sæpè continua-
tur. Immo ita interdum pendentem sen-
tentiam

centiam relinqvit, ut ne comma quidem
constituat. Sunt propemodum verba R. Calo
Calonymos in dissertatione de accentibus pagina
mibi XXII. חַמְרָא כִּי לְפָעִים חֹסֵף פָּסּוֹק
לֹא וְהַיְהָ סֻמֵּן קָעַנְנוּ וְתַכְלִיתוּ

Is ipse Silluk vere cum identidem termi-
nat versum non semper finit rem ipsam
eamq; nec complet. Tantum ergo ab eis, ut
ex sensu Spiritus S. Angelus iste Ex. XXXIII.
sit creatus eq; choro cæterorum accitus, ut vel ex
hac admiranda œconomia Angeli Exodi XXIII.
promissi Divina prorsus Majestas tanto clarius
olueatur, quandoquidem Moses cum ipso Mare
Erythraeum perwadens sicco pede profectionem fi-
denter influit, absque illo autem iter suscepimus
perse qui mirum in modum recusat, est q; sine repu-
gnantia verum omnes Mosis preces arque contenii-
ones pro Schechina populo profecturo restituenda eo
pertinuisse, ut Angelus in columna ignis & nubis
habitans rediret ad sacras copias. Immo ipse Rab-
bi AbenEsra à veritate compulsus faretur, eum
ipsum Angelum facta pœnitentia fidum Ducem at-
que Præsidem Mosi populoq; affuisse usque in ter-
ram Canaan, & seculis succedentiibus. Non piget
adscribere illius hominis verba ad Exodi 23.
הטעת חוץ ישלח מלאכו אחר המלאך
הנואל

הנואר אותי מבר רע וממשח אמר וישלח
מרלאך וווציאנו פמץרים ומראך פניו הושיעם:
*Sensus est, mittet Angelum suum tecum, effigie
de quo Iaakob (Gen. 48, 16.) Angelus vindicans
me ab omni malo. Et Moses dicit: Misit Ange-
lum & eduxit nos ex Aegypto (Num. 20, 16.) Be-
tierum: (Esiae 63, 9.) & Angelus facie ejus sal-
vavit illos. Sed is ipse Magister idem deliramen-
tum cum fratribus posse delirans, ut evadat salvus
quaestione Mosis supra indicatam, finge in Exodo
XXXIII, 12. Angelum quendam Mosi
incognitum, cuius nomen ignoraverie,*
כ' השׁם בקרבו

Qvoniam Nomen in medio ejus. Phui
quid esse detorquere Scripturam si hoc non esse?
Supposua autem interpretatione nobis recepta ef-
ficierunt protinus ex clementissimo Responso Mosis
facto, Angelum istum in quo nomen Jehovah esse
esse Consiliatorem Schechinæ in medio populi, esse
Faciem DEI, adeoq; ipsissimum JEHOVAH.
Expendatur Analysis Mosaica. Id quod Gerun-
densis hanc dubiè ponderavit, cum illa scriberet.
Quid autem illud? Nomen meum est in me-
dio ejus? R. Salomo dicit: שמו כשם רבו
Nomen enim ejus est simile nomine DEI.
Mirificè! Cl. Coccejus totius Bataviae decus ero
Schemos

אם מקבלין את־
הימנו כאלו לי את־ומקבלין:

Si ab ipso recipitis verba quæ loquitur,
quasi me recipitis. Optimè! Congruunt ver-
ba apud S. Johannem XII. Qui credit in me,
non credit in me, sed in eum qui misit me.
Ego ex me ipso non sum loquutus, sed
qui misit me Pater, ipse mihi præcepit,
quid dicam & quid loqvar. Non possum
satis mirari Mosis Maimonii expositionem in di-
eium locum libro More Nebbochim parte II. cap.
XXXV. Ibi enim affirmat Angelum istum esse
non alium nisi Prophetam quendam magnum qui
posset Mosen ad Israelites mitti debuerit, ut doce-
rentur ab eo vel facienda vel intermittenda. Ec-
quem Prophetam? Respondet Rabbinus: Eum
seilicet de quo Moses in Deuteronomio dixerit:
Prophetam è medio tui è fratribus tuis,
sicut ego sum, suscitabit tibi JEHOVAH
DEUS tuus, ei auscultate. In Actibus
Apostolorum dictum hoc sciissime ad JESUM
CHRISTUM bis accommodatur. Verum
quo digressa est præfatio mea? Exciderat sanè,
patientem Lectorem heic requiri cum propter res
paulò abstrusiores tum propter scribentis exi-
litatem. Sed apud Vos nunc ago Nobilissimi &
Amplissimi

*Amplissimi Viri, de quorum affectu ac propensione
præter meum meritum omnia mibi polliceri ha-
beo. Quemadmodum enim id in liberis est
amabilius, quando dimidiata verba tentantes lo-
quelam ipso offensantis linguae fragmine dulciorum
efficiunt: Sic & ego Adolescens adhuc ante
novennium per duorum intervallum annorum
in Gymnasio apud Vos vestris auspiciis tanquam
sinu paterno exceperus atque forus, sicubi Rei
tam gravi ac arduæ in præsentii Dissertatione
sermo infirmior non respondeat, omne id
singulari isto benivolentia dissimulatum iri confi-
dere debeo. Est ita: Magnam partem studi-
orum meorum vendicat sibi tota Civitas. Ma-
jorem Praeceptores ac Magistri quorum unus inquit
principius in V. N. A. Ordinem jam cooperatus
est. Benedictus sit in ingressu suo, &
Benedictus in egressu suo. Quantum
verò debemus Antistibus Rerum publicarum iis,
qui sibi Scholarum curam ideo conceditam pu-
tare ut omnibus consiliis omniq[ue] munificentia
id agant unicè, ut non modo ingenii adolescen-
tum excultis artes ad infirmitatem humanam
comparatae floreant, sed in primis ut eorum Ho-
minum copia sit, per quos Ecclesia ad imagi-
nem CHRISTI magis magisq[ue] effigiata ad
vitam*

vitam æternam conferiri adducatur? In istis
Ecclesiæ nutritibus jure merito V. N. A. cen-
tri argumento sunt vel tot Viri præclarí quos
olim præfeciſtis & adhuc præficiſtis studiosæ ju-
vencuti in qua me aliquando nomen habuiffe la-
zor. Quæ res me velut obligatoria tabula co-
gite gratiam mentem quavis ratione coram V. N.
A. testari. Deinde cur Splendissimum Vestrum
Nomen hisce meis pagellis præscriberem, & eo
nomine mibi fuit necessarium, quod cum Pho-
tiniana de Schola obſcuri nominis Homo literas
pestilentes inter Viros Politicos disseminare au-
ſus es, quasi excitaturus illos qui rebus geren-
tis præſunt, ut ſibi raiōnes dari de Articulo
Sancṭe Trinitatis ſolidiores à Theologis suis
petant, neve ſe patiantur circumveniri ab iis-
dem, convenienter fieri à me exiftimatū es,
ſi iſtius Disquifitionis, ut ipſe appellat, Exa-
men ac conſutationem iis etiam qui ad rerum
gubernacula ſedent dedicarem, cauſamq; tam
bonam oculis exponerem eorum, quibus ſuspe-
ciām reddere ſi non potuit, voluit tamen Veter-
ator ille. Exploratum quidem habeo, non de-
ſe qui ſtudia hujusmodi Nugationes Scholasticas
appellare poſſe, Heroicam quandam & Regi-
am viriutem eſſe alto ſupercilio ſtarunt; Sed
vero

verò Regia illa demum vox est Davidis: Te-
stimonia tua DOMINE oblectatio-
nes meæ sunt, Confiliarii mei. Philo
Alexandrinus in libro *ad legem* sciscitans
quamobrem Rex Hebraeorum manu sua legens
Sanctam scribere in Deuteronomio jubetur re-
spondet: Ut sensus verborum inter scribendum
tanto altius insigerendur ac penitus descende-
rent in animum scribentis. Et tanti per Prin-
cipes feliciter regnasse creduntur, dum Verbum
DEI vivi in oculis gesserunt: Spreto autem
alloquio divino omnem benedictionem domi fo-
risq; intercipi innumeris exemplis comperimus
est. Est quidem Vindex DEUS, qui non
potest non ueluti INGRATAM GER-
MANIAM sinendo libere vagari & incre-
bescere Anachristos & Pseudoprophetas,
quorum *παρεγγέλματα* salutarem cognitionem Filii
DEI subvertere nullum non moverat lapidem Ser-
pens antiquus, qua sublata vita æterna reiner-
ti non potest. Quid interea faciendum? Oran-
dum est cuivis Christiano indefinenter atque pro-
bandi Spiritus sinene ex DEO annon. Sed
qui probari possunt sine Verbi noticia, quod hic
Lydius lapis tantum est? Dicitus jam Sophi-
ta non alius Verbum DEI iuuent ratiunculis
fermentat,

fermentat, quam si unā multa jura confundie
coquus Plautinus. *Huic* occurrentum gladio
Spiritus. Fortius telum heretibus opponi non
potest. Eò respexi cum bæc ipsa quantulacun-
que sine ab ore infantis & ladensis deponita in
chartam conjeci. Augeat Pater Luminum do-
na sua, ut ad Ecclesiæ ædificationem posteriora
prioribus pleniora præstet. Ad V. N. A. verò
me converiens desino in voce Spiritus Sandi:
Senes & Canos Vos ne derelinquat DEUS.
Sit Pax in præmunitione Vestra, Tranquillitas in
palatiis Vestris. Benedicat Vobis J EHO-
VAH è Tzijone, qui fecit Cœlum & Terram,
Amen. E Museo meo Idib. Septembr:
el, I^oc LV.

VV. NN. AA.

Colentissimus

THEOPHILUS Großgebaur.

PRO-

PRO OEMIUM.

Eptennium circiter est, ut accepit, cum Senatui Urbis nostrae Amplissimo pagellæ quædam manu scriptæ dicatae sunt à Sociniana Scholæ homine, qui in occulto latere voluit, nomini enim verò supposuit fidum illud: ELEUTHERIUS PHILALETHES. Scilicet, quod liberè sentiat nulli Magistro morem gerens, veritatisq; se amissimum profueatur. Inscriptio ita habet: Brevis Disquisitio inter duas de Trinitate disputantium partes, utri tandem post longa certamina victoria tribuenda sit.. Nempe spem magnam facit Lectori, quasi prius certaminis à condito mundo continuati finem sit imposiurus unico verbo Dicatoris ad instar. Inter cetera magnam pieratis speciem præ se fere, quandoquidem dolet Trinitariorum (sic enim Orthodoxos appellat) vicem Christiana commissatione, quod adeò se fascinari præjudicatis opinionibus patientur, ut quid verum sit non videant, neque intelligant. In calce Disputationis à Patre luminum Trinitarius lucem veritatis esse optat.

A

optat.

optat. Nonnunquam blasphemus esse. Inter-
dum pueriliter prorsus exultat, ac si victoria in
manu sua sit. Multi qui schedam istam oculis
usurparunt, aut abjecerunt seu detestabilem, aut
ancipi iura distrabi cœperunt. Verum TU
PATER SANCTE SANCTIFICA
NOS IN VERITATE TUA, VER-
BUM TUUM EST VERITAS.

§. I.

Universæ disquisitionis à lucifuga
listo institutæ fundamentum hoc est: Ne-
mo disputantium qui contradictoria sta-
tuit, suisq; contradictionibus se ipsum evertit,
victoriam obtinere potest: Trinitarii sunt illi,
qui contradictoria statuunt atque admittunt.
Ergo victoriam quod jure sperant, nihil est.
Ergo Antitrinitariis tribuatur oportet victoria,
si vel nullam suæ negativæ argumentum affe-
rant. Quippe quod nostra contradictoria fal-
lente hoc ipso Socinianorum erit vera per natu-
ram contradictoriæ oppositorum. Hæc vel
pueris intelligi posse alicubi clamitat.

§. II. Quo verò sine dispendio suorum ar-
gumentorum nostra labefactet, ut vel ingratitiis
tandem thesēis Sociniana accipiatur absq; sum-
ptuosa persuasione, compendiosam ingreditur
viam Eleutherius iste, atque ex se facit negan-
tem, nos verò affirmantes adeoq; argumentan-
tantes. *Affirmanti enim, inquit, Sapientium*
omnium

omnium consensu incumbit probatio. Ideoq; mani-
festum est eos, qui affirmativam hujus questionis de
Trinitate amplectuntur sententiam, teneri quoque
probationis. Qvare autem bone Vir tui proti-
nus immemor sub finem imprudenter te con-
stituis argumentantem atque probantem hanc
negativam tuam: DEI ESSENTIA NON EST
INFINITA: aliquot Syllogismis nosq; ad tuas
ratiocinationes respondere jubes? Ibi tuum
erat secundum normam à te præscriptam nega-
re legitimam consequentiam elicitar vel ex
Rationis Principiis vel Scripturæ Sanctæ, qvod
postremum qvidem facis, qvà primum autem
fatearis culpam necesse est. Qvomodo ergò te
tractare debemus? Ut opponentem? Sine du-
bio cum tuo Smalcio de injuria querimoniam
habebis, qva vestra Schola afficiatur. Ergò ut
respondentem? Neq; hoc, qvandoq; idem
ipse Respondentis officium negligis, ac de facto
probas, qvæ jure non tenebaris probare. Is
enim si argumenta in contrarium allata diluit,
ære suo se exsolvit. Propriam sententiam ex-
ædificet, eamq; rationibus muniat, neutiquam
obligatus est. Idcirkò mihi Eleutherius vitio
non vertet, sicubi eum tum ut argumentantem
tum ut respondentem accipiam, qvoniam ipse
ad Methodum hanc nos præprimis adegit. Et
qvemadmodum is nostra argumenta (sunt verba
autoris) in aciem producere & sub examen revocare
audet generaliter, ita & ejus sententias ceu

Prætorias suspiciamus, à nobis haud postulabit.

S. III. Discussis eorum præcipuis argumentis, inquit, in quibus Trinitati totum fermè robur collocant, quid de reliquis sentiendum sit palam faciemus, adeoq; eos nulla aut nequaquam solida argumenta habere generatim ostendemus. Dogma itaq; hoc Trinitatis si verum est, aut ex sana ratione aut ex S. Scriptura demonstrari debet. Duo n. sunt lumina, è quibus aliquid in Religione scire possumus, alterum Rationis, alterum Revelationis. Pergit dictus Theologus: Quod dogma non solum non capit humana Ratio, sed etiam eidem planè repugnat, id ex Ratione probari non potest, sed de hoc dogmate verum est prius, Ergo & posterius. Quod ratio non capiat dogma Trinitatis, agnoscunt ipsi, propterea à mysterio hoc non sciri sed credi debere, ajunt, & negari non potest, cum imperscrutabilis sit humana rationi, ut illi volunt, infinita DEI essentia. Quod vero repugnet rationi tot contradictionum laquei, quas involvit, indicant, quibus se extricare nulla potest ratio. Haec tenus ille. Miretur aliquis quam obrem personatus ille Theologus duo lumina atque principia Theologiæ statuat, RATIONEM & REVELATIONEM: Verum lectori consilium suum hoc patefacit pagina tertia: Interim mementote, nisi irrefragabilia, inquit, argumenta ex Scriptura habeatis, jam vos apud Rationis Tribunal causa cecidisse. Atque eo ipso jam gravi apud omnes cordatos prejudicio laborare causam ve-

stram,

stram, quod tam pugnantia & irrationalia ex Sancta Scriptura demonstrare velitis. Hoc demum est lectori glaucoma objectare, cum Ratio Scripturæ exæqvatur ac præponitur, ut nesciat, quo se vertere debeat is, qui ista primo obtutu percipit.

§. IV. Quemadmodum tu in fine libelli nobis περὶ ψευδο-μonstrare conaris in Articulo Sanctæ Trinitatis, ita ego meliori jure id tuum principium de duobus luminibus in Religione Christiana περὶ ψευδο- nuncupo.
Quo everso & ceteræ consequentiae concidunt;
Quemadmodum

Collapsariunt subductis tecta Columnis. Agnoscis tua verba Eleutheri? Quid si jam Ratio est Principium, lumen atque supremus Jūdex rerum Theologicarum, Aut erit talis per naturam respectu communium notionum, sensus, experientiæ & inductionis, quatenus sibi relictæ est, Aut erit talis per lumen è revelatione divina rationi superadditum, quatenus est intra orbem verbi divini conclusa & castigata. Non primum, quia [ut cetera reticeam] vel ii maxima atque evidentissima cognitione mysteria fidei deprehendisse debebant, qui pridem naturam accuratius rectamq; rationem ac ejus vim studiosius scrutati sunt, quorum Princeps creditur Aristoteles, quam tota Photinianorum Schola. Jam vero in universo Aristotele omni-

A;

busq;

busq; gentium Philosophis nullam demonstra-
tionem scientificam invenies mysteriorum fi-
dei. Qvippe qvod alis etatibus non innotuit fi-
liis hominum Mysterium CHRISTI, ut nunc reve-
latum fuit sanctis ejus Apostolis & Prophetis per Spi-
ritum. Axioma Paulinum hoc est; Omne My-
sterium CHRISTI innotescit filiis hominum ex re-
velatione per Spiritum. Axioma Socinianum
hoc est: Non omne Mysterium CHRISTI inno-
tescit filiis hominum ex Revelatione per Spiritum, sed
simil ex consequentiis per sanam Rationem. Re-
solve textum Paulinum, & fer sententiam de his
duabus contradictoriis, utra fidem faciat. Ten-
taverunt aliqui etiam ex Orthodoxis, gentilium
Philosophorum decempeda nostræ Religionis
immensos agros metiri, verum conatus istos ne-
fandum atque impium flagitium pronunciat Scali-
ger ex. 365. Affert quidem aliquid in medium eo
ipso capite ex Aristotele, tamē statim id umbra
Philosophi appellat, ex qua lux ea fulget, cuius lu-
x men ab ipsamer luce, cum ea existens unum, demis-
sum cælitus elucet nobis. Nimirum universus Phi-
losophi discursus à posteriori quidem rem illu-
strat ac delineat, interea me non stringit co-
gitq; inde indubitat credere DEUM PATREM
FILIUM & SPIRITUM SANCTUM ita ut se in
verbo manifestavit, id qvod Aristoteli quoque
nunquam in mentem venit, cum scriberet, DE-
UM sese intelligere. Principiis autem scientia-
rum nil fide dignius nec notitia certius. Ideoq;

nec Rationis lumen Theologiæ principium esse
potest. Dices: Socinianos Paulo non contra-
dicere, qvandoqvidem & nos concedamus in
Theologia locum habere ea, qvæ per bonam
consequentiam sanæ rationis ex Sancta Scriptu-
ra deducuntur. Respondeo: Sociniani Rati-
onis dictata Sanctæ Scripturæ adhibent tan-
quam normam & amissim secundum cuius ju-
dicium corrigatur, emendetur, explicetur, re-
folvatur. Nos Rationem subordinamus Scri-
pturæ unanimi harmoniæ atqve concentui, qvæ
solum est medium & adminiculum, qvo Theo-
logus suo pro commodo utitur, eamq; de con-
sequenta sitne proba an improba judicare per-
mittit: fundamenta verò, qvæ ad bonam con-
sequentialiam exstruendam substernit, non è rati-
onis dictatis, sed Spiritus Sancti oraculis depro-
mit. Quemadmodum architectus oculi bene-
ficio videt, qvando amissis ad lignum rectè ac-
commodata sit, & porrò qvid in ligno sit cur-
vum, qvid rectum, qvid gibbum, qvid depres-
sum. Sic qvalis sit consequentia, qvam instru-
xit ad certam aliquam conclusionem ex iis qvæ
qvæ posita sunt, colligendam, omne id videt
Theologus rationis, & qvæ operationes illius
dirigit Logicæ beneficio. Quemadmodum ve-
rò non oculus sed amissis est principium atqve
judex, qva curvum & rectum in ligno archite-
ctus judicat & demonstrat, non tamen id facit
sine oculo; Sic Rationis judicium non est ju-
dex

Dex illius veritatis , qvæ per bonam conseq-
tiam è manifesto Scripturæ dicto elicetur , sed
manifestum illud Scripturæ dictum : non ta-
men id fit sine Rationis judicio . Dices : Dari
mixtas conclusiones in Theologia , qvæ respe-
ctu unius termini est Theologica , alterius Phi-
losophica , exempla sunt : DEUS est essentia
simplicissima , Filius DEI est persona realiter à
Patre distincta , DEUS non est causa efficiens
peccati , CHRISTUS in triduo mortis non
fuit verus homo : de hujusmodi conclusioni-
bus judicari debere non ex solo verbo DEI scri-
pto , sed simul ex Philosophia , ex qua terminus
alteruter petitus est . Respondeo : Conclusio-
nem mixtam dici dupliciter : Primo qvatenus
alteruter Terminus est philosophicus , medium
autem probandi ex Sancta Scriptura petitum ;
Secundo qvatenus item terminus unus est Philo-
sophicus , alter Theologicus , medium verò
probandi accersitum est ex Philosophia , in sen-
su primo conceditur connexum , in sensu altero
negatur . Deducam te in rem præsentem . Sit
conclusio ista : DEUS non est causa efficiens
peccati . Major terminus est Metaphysica so-
boles . Minor Theologica . Medium pro-
bandi istam negationem causæ efficientis de
subjecto depromam cum Platone ex immutabili
bonitate DEI . Qui nunc bonus nunc malus est , &
aliquando causa positiva & effectrix mali est , ali-
quando boni , is immutabiliter bonus non est , nec sola
omnis

omnis boni causa exsistit, DEUS immutabiliter bonus est solus, omnis boni causa. E. Ecquis hujus conclusionis norma ac judex? Non Scriptura, quia medium forsan in ea non habetur tale probandi. Ergo Ratio. Non rejicit hujusmodi argumentum Theologus, docet tamen non esse hactenus conclusionem Theologicam, cui fides hominis Christiani sua *πληνεροειδη* incumbere possit 2. Petri 1, 19. 21. Accedat jam Theologus audiatq; hanc conclusionem: DEUS non est causa efficiens peccati. Illico interrogat Philosophum; Dic quæso quid est causa efficiens? Ille, *causa efficiens est id*, inquit, l. 2. Phys. §. 29. unde est primum principium motus & quietis. Re declarata per exempla, Theologus istam conclusionem veritatem habere, vel ex ejus contradictoria monstrosa deprehendit, ideoq; eandem conclusionem probat testimonio quo-dam Sanctæ Scripturæ adducto ex Catholica Epistola Johannis prima, capite altero, comitate decimo & sexto. Jam demum facta est conclusio Theologica. Nam indolem mediæ imitatur conclusio. Syllogismus esset talis: *Quicunque est causa efficiens peccati ex eo est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vita, DEUS Pater non est is ex quo talia mala sunt.* Ergo. Dices: Nihilo secius tota propositio major rationis judicio subjecta est, cujus probatio omnis à definitione causæ efficientis pen-

det. Idecirco lumen rationis non penitus à rebus Theologicis excludendum est. Respondeo: Præordinata hac hypothesi Sanctam Scripturam unicum principium ac normam Religionis CHRISTIANÆ esse, non assensum damus propositioni Philosophicæ in Theologia sive sit connexum sive assumptum, nisi eatenus quatenus vel exemplis & dictis Scripturæ consentaneum est, vel quia sanctæ literæ nullam cūsationem alicubi objiciunt, axiomatisq; philosophici universalitatem non contrahunt nec castigant. Exempli gratia: Oraculum Davidicum est: *Tu es filius meus, hodiè genui te.* Inde elicit Theologus hanc conclusionem: Filius DEI est genitus. Socinianus id assumit, & ex eo negat æternitatem Filii hac ratione: Qvicquid est genitum, non est æternum, Filius DEI est genitus. Ergo. Minor est Scripturæ. Major Rationis. Quid hic faciat Theologus? Opponit contradictionem hanc: Filius DEI est æternus ex Johannis octavo: *Amen Amen dico vobis, antequam Abraham erat, ego sum.* Hoc enim oraculum sufficit adversus hypothesis Photinianam. Duæ autem contradictiones simul veræ non sunt. Qvod si una rejicienda est, rejicit eam multò tutius, quæ ex consequentiis meritis cerebri humani fluxit, quam eam quæ ex ore CHRISTI ipsius. Immò si primò veritatem ipsam complexus est, scrutatur etiam lumen rationis & à posteri-

posteriori cognoscit non adeò repugnare atque
nitati esse productum seu genitum ab alio. Ve-
rum de his rebus infrà.

§. V. Nec altera habitudo rationis, de qua initio
paragraphi proximè antecedentis. Etsi qvi-
dem nec DEUS ipse nec verbum ejus sine mente
ac judicio creditur ac agnoscitur, qvandoqvi-
dem oracula sancta tradita sunt rationali crea-
turæ, qvæ pretiosum à vili verumq; à falso se mo-
vere potest. Ut Paulus ait *1. Corinth. IX. 9. 10.*
Num boves curæ sunt D E O? An propter nos omninà
dicit? Propter nos enim scriptum est. Nempe ut ex
lege ista speciali consequentiam necesse discan-
mus ad res analogas qvoqve rationis beneficio
v. 11. Qvod scilicet sub spe debet arare is, qui arat: Et
qui triturat sub spe, spei sua particeps esse. Hinc tre-
decim illi modi clal upbriath Legem explicandi
pud Judæos in *Halich. olam p.m. i61.* Ideone con-
seqvitur, Eleutheri, omne id, qvo in religionis
Christianæ dogmatis cognoscendis atqve expli-
candis utimur, in principiorum collegium co-
optandum esse? Hac seqvela & cerebrum &
sensus communis principium Theologiæ con-
stitui possent, qvoniam utrisque non possumus
non uti ad apprehendendum Verbum Salutis.
Distingue igitur medium per qvod aliquod co-
gnoscibile recipitur, à *Principio*, secundum
qvod aliquod cognitum examinatur ac judica-
tur. Potest aliquid necessarium esse medium,
penes qvod tamen non sit fidei judicium. Sen-
tiorum

forium primarium illud oculus rectius qvidem
judicat de coloribus qvam auris atqve nasus,
nec tamen fas est oculum Prætorem face-
re ut sententiam ferat de objecti cujusvis
magnitudine aut qualitate præsertim distantis
ac improportionati. Sic corpus solare appre-
henditur à potentia visiva in oculo ad magnitu-
dinem disci , jam rogatur oculus sententiam,
qvanta Solis amplitudo sit. Annō responde-
bit oculus nisi insanus est, suspendo judicium,
qvia sine dubio magnitudine discum superat,
judicet Ratio, ex qva aliquando doctus sum, So-
lem aliquoties terra majorem esse, ideoq; Ra-
tioni cur diffidam non habeo si vel maximē
meo principio refragetur. Non secus Ratio
edocta verbo DEI cognoscit DEUM illum
unum ac verum , rogatur & ea sententiam , ut
fieri possit , qvod DEUS ille unus sint etiam tres
hypostases, illa utique nisi insanit respondebit
sciscitanti : Multa hic qvidem abstrusa atqve
inaudita reperio , in qvorum examine turpem
me dare facilè potero , video autem *Rationem*
superiorem Scripturæ Sanctæ insolubilem cate-
nam , atqve evidentissimam compactissimamq;
Harmoniam scilicet, qvæ inculcat, urget, instat,
mirisq; modis demonstrat atqve pertinacissimè
retinet, unum DEUM esse simplicissimè unum,
cum ipsum tamen DEUM *impartibiliter* esse PA-
TEREM , & FILIUM & SPIRITUM SANCTUM,
qvorum tamen PATER non sit FILIUS, nec
FILIUS

FILIUS sit PATER, & SPIRITUS SANCTUS
nec PATER nec FILIUS. Hic obmutescō,
inquit, & Rationem me excellentiorem audio,
eīq; pareo, nisi jure merito Ratio irrationalis
mens sine mente haberi velim. Qvemadmo-
dum etiam hoc obseqvium morati auditoris in
Schola Moralium Aristoteles reqvirit, l. i. Eth.
c. 2. B. ut vel jam habeat, vel accipiat principia eo-
rum quod sint, nec amplius indagat, cur sint. Cuā
verò neutrum horum adest, Hesiodum, inquit, bac
dicentem audiat:

Ἐτῷ μὴ πενάεις οὐ.

Optimus ille potest qui ex se cognoscere cuncta,
Et Bonus is, monitis qui aliorum obtemperat,
qui
Ex se nec novit, nec quae benè consulit alter,
Percipit, admittitq; animo est ignarus inersq;

Photiniani gloriam inde venantur, qvod boni
Ratiocinatores sint, coeteri Non-Photiniani
meri anseres ac gallinæ, cum vel hoc ipso anten-
tia se suspectos faciant, qvod Rationis arbitri-
um non pro perfecto atque pleno Theologiae
principio habeant, & tamen Scripturæ San-
ctaæ mysteria docenti obseqvium detrectant.
Ponamus Galenum, qui acriter disputat homi-
nem ex quatuor Elementis compositum non
posse non esse mortalem accedente inductione
exemplorum innumerorum ponamus, inquam,
istum Scripturam Sacram pro infallibili DEI
verbo

verbo habuisse, uti qvidem *Eleutherius* id non negabit absolutè, obtulisses Galeno locum Propheticum qvi evincat primum hominem natura fuisse immortalem, id est, potuisse non mori, annon cessisset? annon manus dedisset? annon fassus fuisset lapsum ac errorem, qvi hactenus omnibus gentibus infederat. Stent enim ex hac parte omnes homines, & sonora voce clament omnem hominem natura esse mortalem. Stet ex altera parte DEUS & creet Adamum, eumq; à morte immunem faciat. Qværo, qvibus partibus accedere velis? Et qværo per Rationis tuæ qvam toties jactitas conscientiam, utri parti fides habenda? An, vel universo hominum cœtui? num DEO loquenti & creanti? DEUMne hominem turbæ subjicere, an istam DEO magis convenit? Qvicq; dicturus es, aut ad summam impietatem mentisq; furores nil facies reliqui, aut nobiscum same Rationis dictamen seqvens statuēs, omne id principium falsum esse undecunque petatur, ad qvod instantia dari è Scriptura possit, id qvod & §. IV. dixi circà finem...

§. VI. Hic *Eleutherius* cœlum clamoribus implet, siqvidem in perpetua & plusqvam asinina stupiditate Christianos relinqui clamitat, si rationis principium Sanctæ Scripturæ ita subjiciatur, ab eaq; in officio contineatur, qvippe qvod i. infeliciter disputatur commisso circulo:
Hic vobis, inquit, aquam harere videbitis, debebatis enim

enim ex Scriptura id probare. Ecce autem reverfe
estis in circulum, & post allata ex Sacris argumenta,
idem adhuc nodus restat solvendus, qui initio imposi-
tus fuit. Qvalis tale qvid concluderemus: Da-
tur Trinitas. Ratio: Dicit id Scriptura. Un-
de autem scis id dicere Scripturam? Non in-
qvam è Ratione, nec ex ipsa litera & syllabis
totidem ergò ex eo, qvod Trinitas est articulus
fidei, crediq; debet. Has calumnias recitasse
est refutasse. vide tamen paragr. X I V . Etiam z.
adversus mentem atqve intentionem DEI fieri,
rationis principium à mysteriis secludere, qvod
DEUS Sanctam Scripturam non promulgari
curaverit sibi aut beatis Angelis, qvo ex intuitu
faciei paternæ suam Theologiam sortiuntur,
verum homini quem finxit Rationis partici-
pem, per qvam omnia disqvirere, interpretari,
dividere, componere, definire atqve conclude-
re debeat, & si qvid huic lumini non sit confor-
me, etiam hoc ipso Spiritum Sanctum innuere,
non esse verum atqve intentum sensum, sed
qvemvis alium potiorem esse, qvam illum qui
Rationi contradicat. Jam vel millies decan-
tatum istud genus probandi inculca: *Sic scri-
ptum est, & sic intelligendum, mysteria non sciri sed
credi debent*, subinde *Eleutherius noster cum so-
ciis suis regeret*; Dogma illud aut habes ex pal-
pabili revelatione ex cœlo tertio, aut ex ratio-
nis consequentiis. Non primum: *Dicite, in-
qvit, unde vos scitis ista non pugnare in D E O , qua-*
per

per se pugnare videt & agnoscit ratio? an vos forte
DELLM aut ejus Essentiam vidistis unquam, qui tam
audacter, quidei insit, aut non insit pronunciatis?
Ergo per Rationem. Ratio sana autem non
statuit contradictoria. In exitu libelli Magnus
ille Doctor Regulam qvandam præscribit, quo-
modo & Scriptura & Ratio salvari queant citra
ullam violationem, si qvando accidat, qvæd
Scriptura cum manifestis Rationis principiis
pugnare, atqve contradictionibus implicari vi-
deatur, eaq; verba qvia autoris sui irrationalē
Rationem produnt, totiusq; rei cardinem, in
chartam conjicere non piget. Atqve hoc unum,
inqvit, semel ratum fixumq; esse debet, firmiterq; ab
omnibus Christianis semper tenendum est, nihil
qvæd cum absurditate conjunctum est & contra-
ctionem implicat ex Scripturis Sacris probari posse.
Nendum per consequencias in conjecturis fundatas &
ex talibus Scripturæ verbis deductas qvæ aliter atqve
aliter intelligi & quidem melius & sanius queunt, id
probari posse, qvæ regula adeò vera est ut tum quo-
que cum expressa sint Scripturæ verba, cogamur in
explicatione eorum à proprietate literæ discedere, &
alium improprium querere sensum qvoniam propriè
intellecta absurditatē manifestam continet. Ex-
emplum esto cum CHRISTUS dicitur via, ostium,
lapis angularis, agnus, leo, &c. omnia hæc improprie-
tumimus non aliam certè ob causam, nisi qvod pro-
prius sensus non possit absque absurditate consistere.
Sic insimilibus se res habet, atque hac dicta sufficiant.

Verum

Verum subtilitas tanta non inest, qvin cognoscî
qveant ac dividi , qvæ infelici successu noster
conglutinavit. Ideoq; ut qvid veritatis qvid-
ve falsitatis canoni huic magistrali competat,
etiam lectori fiat conspicuum , unum & alte-
rum exemplum huic regulæ subjiciam.

§. VII. Fac me esse Cabalistam aliquem,
qvi fascinatus sit opinione illa Pythagorica de
commeatione animarum in corpora alia , jam
corruaspabor omnia Scripturæ dicta , an ex eo-
rum uno & altero extorquere possim saltem , si
non elicere conclusionem meam præceptam.
Occurrit locus apud Mattheum capitî septimi
& decimi commate 10.11.12.13. Ex qvo talis
conficitur mihi Oratio : Johannes Baptista na-
tus ex Zacharia Sacerdote est Elias ille Thisbi-
ta mittendus. Hinc colligam Eliæ animam
migrasse in massam istam Uteri Elisabethæ
~~progenitorem~~ exrinsecus. Qvia erit Elias aut secun-
dum totum compositum, aut secundum corpus
aut secundum animam , hactenus enim nescio
Gabrielis Angeli interpretationem. Non pri-
mum , nam quomodo potest quispiam nasci qui sit
senex ? num potest in uterum matris sue secunda
introire & nasci ? Nec alterum , natus enim est
ex Elisabetha matre alia qvam Thisbitis cor-
pusq; numero aliud obtinens. Ergo secun-
dum animam. Quid heic faciat Orthodoxus ?
Assumit Doctoris Sociniani traditam Regulam:

B

Cui

Cui sana ratio contradicit & Scriptura Sancta,
ea sententia non est vera. Minor probatur ra-
tione, ubi una numero forma ibi unum nume-
ro est individuum, At per Cabalistam Pythago-
ricum una numero forma est in Elia Thisbite &
Johanne Baptista vi transanimationis. Ergo
unum utrobiqve est individuum. Ergo qvi-
dam qvi vivus subvectus est in cœlum, non vi-
vus subvectus est in cœlum, imperfectus qvippe
in carcere, ἀνθρώποις. Lepidam hujus opi-
nionis elusionem habes apud Ouzelium ex Her-
mia Philosopho in Octavio Minucii. p.m. 201. Scri-
ptura autem Sancta contradicit, aut qvia fun-
damentum contradictorium alicubi ponit cum
de bonorum remuneratione malorumq; talio-
ne loquitur in corpore proprio accipienda,
aut qvia interpretatione vera nodum solvit,
qvem Cabalista sine necessitate colligavit: Lu-
cæ primo: Procedet Johannes cum Spiritu & vir-
tute Elie. Urgeat jam Judæus ad defendendum
sod baggilgul suum claram & expressam literam,
protinus verba Eleutherij in subsidium voco:
*Hoc nihil est aliud, inquam, ac si quis id quod album
esse videt ac judicat, atrum esse ex Scriptura Sacra
probare vellet.* Nam si ita licet Cabalistæ argu-
mentari, atque contradictionia statuere, & immota
sanæ rationis Principia subruere fas fuerit, ego faxo
mox, ut nec DEUS ullus in cœlis sit, nec virtuti au-
ditio amplius inter homines sit locus. Hactenus

Socini.

Sociniani axioma nihil falsi continet, ideoq;
ejus verba etiam adhibui. Deinde apud Jo-
hannem hæc habetur propositio: DEUS est
Spiritus. Attamen per universum sacrum co-
dicem DEUS ille describitur *αὐθεωμενός*.
Qvis verò tam absurdus est, ut utrumque acci-
piat propriè? Ecquæ tandem invenietur conci-
liatio, qvæ cogat ad assentiendum utriq; effa-
to scilicet DEUM esse Spiritum, & non esse
Spiritum? Qvod si Anthromorphita aliquis
premat literam, qva DEUS dicitur oculos, bra-
chia, aures, digitos habere, destrui potest ante
allegata Eleutherii regula.

§. IIX. Sed eqvidem nihil novi ex te audio.
Hermeneuticæ enim arti canon pridem hic fu-
it: Contradiccio manifesta, qvæ conciliari
nullo modo potest, ad tropum nos deducere
debet. Jam verò *Eleutherius Photinianus* aurea
hac Regula ad suam libidinem abutitur, dum
omnia noemata qvæ in cerebro suo format pro
Rationis sanæ principiis venditat, & ad amissim
istam, si dñs placet, Sanctæ Scripturæ verba de-
torqvæt in tām arduis articulis fidei. Id verò
magna ars est *εργάτης* oracula sacra & fidiculis
distendere. Ut videoas, pie Lector, Regulæ tra-
ditæ sicubi indifferenter accommodatur in Re-
ligione Christiana, pessimam faciem, negabo
miser Philosophus cum Hymeneo & Phileto,
qvorum D. Paulus ad Timotheum meminit,

RESURRECTIONEM MORTUORUM, qva
mortui olim idem numero corpus recepturi
creduntur, eundemq; articulum fidei contradic-
tionem implicare dicam, qvandoq; videm nec
ipsi Photiniani Resurrectionem mortuorum
magni aestimant, aut sat monstrosē de ea dispu-
tant, Mortuum scilicet secundum nullam sui par-
tem superesse. Smalcius c. 6. p. 43. de natur. DEI Fi-
lio. De divin. CHRIST. c. 13. f. 79. Argumenta-
bor autem ita contra RESURRECTIONEM
MORTUORUM numericam; Qvod vel semel
corruptitur atq; interit, id numero non pot-
est redire, Corpus, Ergo. Major probatione
fulciri debet: Omne id à qvo expulsa est forma
pristica atq; annihilata, id numero redire
non potest: Ratio: Requiritur enim ad iden-
titatem numericam ejusdem $\delta\sigma\iota\alpha\varsigma$ constans
permansio. Omne id qvod vel semel corrupti-
tur atq; interit est à qvo sua forma pristica
expulsa est & perit. Ergo. Deinde: Qvi-
qid ab alio agente, alio tempore & loco pro-
ducitur id numero idem non est. Corpus per
tenumero idem ab alio agente, alio tempore &
loco producitur. Ergo. Corpus per te nu-
mero idem, numero idem non est. Major ni-
titur isto axiomate: Singularitas effectus pen-
det ex iisdem numero circumstantiis. Con-
clusio est contradictoria. Ergo. Minor est
falsa, qvæ est tua, aut concede duo contradic-
toria

ctoria esse posse simul vera. Hic cum Eleuthero nostro Thrasonum more exclamabo ad Orthodoxos: Jam hic alius accedit, & se virum præstet. Libens audiero quo tandem pacto meane sententiam confutaturus sit. Qvod si enim accedit pars affirmantium tuamq; thesin roborant ex Jobo, Esaia, Paulo, Johanne, ipsiusq; SERVATORIS ore, qvid mihi faciendum? Seqvar Eleutherium nostrum, adhibebo fidiculas consuetas, & omnes istos Resurrectionis Patronos irrationales creaturas declarabo inquietus: Ista omnia quia contradicunt sanæ rationi, interpretor dicta allegata de RESURRECTIONE SPIRITUALI, de qua Paulus etiam alicubi verba facit. Hoc est qvod Plutarchus in libello de progressu virtutum inquit: ὡς πέρι τοῦ μητροπολίτου τῆς Αἰγαίου Regulam ad lapidem componere, de iis, qui sua commenta non Philosophiæ ad Præcepta examinabant ac dedolabant, sed Præcepta Philosophiæ suis cogebant inservire commentis. Tale principium si immotum est, faxo mox ut tota Religio Christiana subversa omnes Articuli Fidei expirant. Qvisq; enim ut heic acutissimè nescire Strophas potest, ita gentilismum seu Paganismum maximè introducet. Sic enim Achmed Ben-Abdalla Regis Maurorum Theologus Mahummedanus ratiocinatur in dissertatione ad Emanuelem Portugalliae Principē anno 1612. Ex iis tribus faciunt unum solum DEUM, & ita simus

simul dant duas contradictiones in eodem subiecto.
Idem enim esse unum & Tres omnino impossibile est.
Et quid Photiniani aliud agunt, quam ad Ma-
hometismum, Judaismum & Paganismum ut
viam sternant, ut id ab aliis pridem demonstra-
tum est. Quid autem cordatus Theologus in-
cepit? Ad Legem & Testimonium illicò se con-
fert, non oscitanter Scripturam Sanctam per-
volvit, totam sententiarum harmoniam atque
concentum deprehendit, connexionem eorum
cum toto capite aut libro etiam contem-
platur, animadvertisit istum ARTICULUM de
RESURRECTIONE MORTUORUM tanta di-
ligentia tantisque; de causis inculcari, confirma-
giique; Hinc Syllogismum facit talem:

Quicquid DEUS ille Verax dicit, id verum est,
RESURRECTIONEM MORTUORUM
esse quatenus idem numero corpus reproduc-
tur, DEUS dicit. E. RESURRECTIONEM
MORTUORUM quatenus idem numero cor-
pus reproducitur esse, verum est. Hic θληγ-
Φορία CHRISTIANI abunde habet, in quo ac-
quiescat. Sicut scriptum est: *Lucerna pedi meo*
verbum tuum est, & lux itineri mea. In verbo tuo
expectationem habeo. Possideo tua testimonia in-
seculum: quia gaudium animi mei sunt. Verum
causis gravioribus adductus Theologus, quas
exponit Excellentissimus Keslerus in Dedicatoria
Metaphysicæ Photinianæ, lumen rationis etiam
ruspatur,

ruspatur, anne editum hoc Prætorianum Photinianorum: *Impossibile est veritatem habeat, jurene possit tantas turbas in Religione dare?* Tandem per habitum philosophicum id colligit, aliqvid per supremam DEI potestatem fieri posse, qvod fieri non potest secundum cursum naturæ. Qvod verò de potentia DEI absoluta fieri potest, id habet rationem factibilitatis, & sic consequenter nulla in terminis est contradictione. RESURRECTIONEM MORTUORUM autem possibilem esse de potentia DEI absoluta probavit Murcia super secundum librum de gener. & corrupt. disput. ult. q. 3. Ideoq; argumenta contra RESURRECTIONEM nihil nisi hanc thesin statuminant: Per naturam idem numero non potest redire, quando semel corruptum est, eaq; Orthodoxorum conclusioni contradictione non est opposita.

S. IX. His præmissis, unde in idea quasi totum Eleutherii fundamentum conspexisti, qvam stramineum ac fuscum sit, immo impium ac blasphemum per virtutem Spiritus DEI porrò ad Articulum de Saero Sancta Trinitate, provehor. Duplici autem fraude utitur ad subvertendum Dogma præsens Eleutherius. Primo enim nostra argumenta tam sterileriter ac pueriliter proponit, ut qvi hospes sit in Orthodoxorum libris protinus suscipetur Evangelicos Corybantum instar mera portenta suis inculcare. Deinde mirum, qvam permisceat Ratio-

nes Articuli apodicticas atque primarias cum argumentis Rheticis sive secundariis. Ec quis enim vel Ratione non exutus planè sic colligat: DEUS loquitur de se numero multitudinis. E. tres sunt personæ in divinitate. Item: Scriptura aliquando facit mentionem Trium; E. tres sunt personæ? Eadem seqvela possem dicere: Ergo tres sunt essentiæ, tres naturæ, tres Dii, & nescio quid. Quia non video, unde magis hoc quam istud concludere possim. Accedit, si ex monstrosis istis consequentiis cedere in animo habeam Articulos fidei, omnesq; eos, qui secus statuerent haereticos renunciem, tum jure demum Eleutherius ille impurus vociferezur. *Quid non tandem, ait, ex Scripturis concludere licebit si tam tenuis & exilis conjectura ad tam contrariam omninationi sententiam confirmandam sufficerit?* Non verò est, cur à me in præsentiarum aliquis Orthodorum argumenta demonstrativa exspectat, quibus Trinitatis articulus consolidatur, immò ex quibus vel ingratitiis nobis sua sponte profluit, quoniam id à meo instituto alienum est, quandoquidem si Eleutherio sua Principia rationis commentitia atque μορμολύκεια esse ostendero, dogmate nostro à calumniis vindicato, quasi è tenui & exili conjectura totum pendeat, meo me satisfecisse proposito pius & æquus lector judicabit.

S. X. Non

um
Ec-
col-
di-
m:
di-
res
de-
ac-
ere
os,
m
e-
4
m
n-
s
§.X. Non possum non repetere ridiculum istud Photinianorum Principium, qvod tenebrio no-
ster Regulam firmam fixamq; nuncupabat,
juxta qvam omnia Fidei capita examinanda es-
sent. Qvam si seqvar comparabo inter se duas
has Enunciationes: HERODES est Vulpes.
Et hanc: DEUS unus sunt tres. Jam verò
Vulpes accipitur aut propriè aut figuratè. Si
illud, erit contradic̄tio in terminis: Herodes
erit homo & erit non-homo eodem tempore.
Ergò figuratè, qvodcunq; etiam habeat signi-
ficatum. Ita & heic argumentabor: Frustra
sunt, qvi hic Mysterium ponunt, qvemadmo-
dum enim propositio habet de Vulpe, ita etiam
habebit altera de TRIBUS in Divinitate, qvia
enim tota propositio se ipsam turpiter destruit
ac evertit, qvum de tribus Personis realiter
distinctis sermo est, ideoq; ne tam manifestè
hallucinemur, qvemvis habebunt omnia ista
Scripturæ dicta sensum alium qvam contradic̄to-
riūm. Sive dicam cum Sabellio Lybico, qvod
Pater, Filius & Spiritus Sanctus nuda sint no-
mina, οὐδὲ τρεῖς ἕνεκεν τέλος uni per-
sonæ imposta, sive ajam cum Marcello, Photino &
Sophronio ἀπόγειαν virtutem aliquam notari,
qvæ inhabitet semen Davidis οὐδὲ τρία εἰ, οὐ
τρεῖς μινιμὲ verò substantiam hypostaticam.
Chrysostom. c. 2. hom. 6. ad Philipp. p. m. 1239. Sive
qvamvis aliam etiam blasphemam habeat signi-
ficio-

ficationem ut Serveti, qvi compositurus dissidia inter Sancta Bibliaj & Mahummedis Alcoranum tandem eò prolapsus est. Misero isti homini dici poterat istud Jeremiæ XXIII, 28. *Propheta ille penes quem somnium est, enarret somnium, & penes quem est verbum meum, eloquatur verbum meum verè; quid isti palea cum tritico dicunt JEHOVÆ?* Heus jam bone Vir & adverte animum, ut immensa distantia sit inter propositionem hanc: *DEUS unus sunt Tres.* Et inter propositionem figuratam qvamvis aliam, qvarum unum & alterum exemplum suprà attulisti. Ideoq; Regulae tuæ irregulari oppano aliam magis Theologicam & ad sensum Spiritus Sancti exactius quadrantem hanc: *Quando DEUS aut de SEIPSО aut de Viis ac operibus suis in Scripturis per Prophetas ac Apostolos loquitur identidem, non est illico contradic̄tio statuenda, si vel maxime videatur, donec ipse DEUS loquens in Sancta Scriptura s̄e aliter explicat.* Dices: Unde nova isthac tibi sapientia? Undenam fidem tuo axiomati facies? Respondeo ex verbis Pauli priori ad Corinthios secundo capite, commate decimo & undecimo: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates DEI.* Ea quæ sunt DEI nemo novit nisi *Spiritus DEI.* Id si verum est, ut est longè verissimum, qva ratione determinante magis hanc qvā alteram contradictionem recipiam, qvia utrobique ipse DEUS loquitur, utrobique mea mens caligat, qvo vorsum me

Vcr-

vertam , rejecta unâ contradictoria forsitan
apparenti DEUM mendacem facio, id qvod de-
testandum est. Cum vel ipsa Philosophia ab-
horreat de ignotis judicare , multò minus ut
contradictoria & falsa damnare , qvæ non intel-
ligit. Qvomodo enim aliquid de eo affirma-
bit & negabit, qvod in ejus intellectu nihil est,
qvod ignotum est? Cum omnis affirmatio di-
cat aliquid de subjecto , & negatio pronunciet
aliquid à subjecto , adeoq; qvicquid affirmatio-
ne accipitur, vel negatione rejicitur , notum sit
oportet. Ecq; ratio meum intellectum de-
terminat ac specificat, cur magis credam Scrip-
pturæ DEUM simplicissime unum esse & simpli-
cissimam simplicitatem , qvam hanc sententi-
am ; DEUM illum Summum esse Tria distincta
realiter subsistentia, qvoniam utrumque oracu-
lum ex ore DEI immediatè promanavit, utrum-
que in Scriptura diligenter inculcatur æquali
efficacia , & qvod accedit, posterior propositio
qvæ Photinianis gentilis prorsus Platonica ac
paganica videtur omnium maximè in luce &
splendorc Novi Testamenti effulgescit , urge-
tur , & per vitæ æternæ jacturam credendum
proponitur, docetur , ac ad oculos demonstra-
tur. Annen figuræ , typi , umbra , taligo , litteræ
& qvicquid harum est de DEI veri essentia &
opere quoq; præclarissimo ad tempora Vete-
ris Testamenti pertinet ? Contra lux , veritas ,
corpus ipsum , dies clarae ad tempora corre-
ctionis

*etionis Novi Testamenti? Sicut scriptum est Jo-
hann. 1, 17, 18. Lex per Mosen data est: Gratia &
Veritas per JESUM CHRISTUM facta est.
DEUM nemo vidit unquam: unigenitus ille Filius
qui est in sinu Patris, ille nobis enarravit. Nil mo-
tor hic carnificinam Photinianorum, qui hujus-
modi dicta mirum in modum torquere ac fla-
grare solent. Mihi ἀνάλυσις omnis bonæ in-
terpretationis anima est. Fac me consistere ad
Jordanem baptizante Johanne, & Majestatis
Divinæ patefactionem fieri illam, quæ tribus
Evangelistis curiosè notata est, videreq; me
Spiritum Sanctum descendenter quasi colum-
bam, & venientem super JESUM, clamante Pa-
tre, annon sanus sensus & ratio ita colligunt:
*Hoc conspicitur, agit, descendit, peculiariter se ma-
nifestat. E. Persona est. De Patre n. non disputant
Photiniani, quasi non sit persona, nec de CHRI-
STO negare possunt esse eum Personam realiter
a Patre distinctam. Syllogismus est hic; Omne
id cui in Scripturis sine tropo tribuuntur attri-
buta propria personæ, illud revera est aliquid
per se subsistens ac vera substantia, non autem
qualitas vel virtus aliqua subjecti per se subsi-
stentis. Atqui Spiritus Sanctus est id &c. Ergo
Major statuminatur effato Philosophi primo
Metaphys. cap. i. *Actiones omnes circa singulare
sunt. Vulgo dicitur: Actiones & passiones sunt
suppositorum.* Ad actiones semper enim requi-**

ritur

titur completus existendi modus, qualis est singularium. Ex autem sunt attributa personæ propria, nisi quis actiones etiam universales fingere aut pingere velit. Minor constat ex prædicatis personæ propriis, quæ præsertim in Scriptura Novi Testamenti Sancto Spiritui tribuntur, nempe, loqui per aliquem, mitti ab alio tanquam alium, paracletum esse, annunciare & glorificare CHRISTUM, judicare mundum, poni ut distinctum cum aliis personis, & quæ his respondent, ideoq; efficaciter demonstrant Spiritum Sanctum non esse qualitatem aliquam seu virtutem sanctificantem, sed suppositum per se subsistens. Loca Scripturæ sunt obvia. Quid autem tu bone Vir? Infringes majorem haud dubiè instantia quomodo cunque opposita. Charitas iram cohibet, non exacerbatur, non cogitat malum, omnia sperat, sustinet, & quæ sunt alia attributa personalia. Charitas est accidens, E. quodam accidens habet attributa personalia. Respondeo: Omnis enunciatio figurata easdem affectiones sustinet quæ ejus cognata sub eadem classe rerum. Hæc Propositio: Spiritus Sanctus mittitur à Filio, à Patre, exit à Patre, baptizamur in nomine Pátris & Filii & Spiritus Sancti, per te est enunciatio figurata. Ergo. Jam vero ista altera propriè & Logicè quidem ita resolvitur: Homo per charitatem omnia suffert, sperat, tegit. Quid enim facias illi, qui sic ludit: Omne id quod audit, animal est, Auris audit.

audit. Ergo Auris animale est? uisi ex non-logicā oratione fabrices logicam: *Homo per Auren audit.* Id jam ex assumpta hypothesi Photiniana accommoda ad Enunciationes de Spiritu Sancto, talia prodigia prodibunt: *Pater, cuius est Spiritus Sanctus, mittitur à Filio: Pater mittit Patrem, in quo est Spiritus Sanctus: Pater exit à Patre per Spiritum Sanctum, baptizamur in nomine PATRIS & Filii & PATRIS cuius virtus est Spiritus Sanctus.* Qvæ enunciata omnia cum sint fatua atqve manifestè blasphemæ & summè absurdæ, remittimus tibi tuam Minorēm per ἔχειν allatam domum, ut posthac cautor agas qvippe omnis absurditatis strenuus depulsor. Agitur tecum, qvod est in Proverbio, in Scyllam incidit, qvi declinare vult Charybdim. Absurda ac Paradoxa dum prætervehis, qvæ tamen vera sunt, incurris infelicitè in absurdiora ac falsissima, Scriptura teste & ratione non negante.

§. XI. Sed ut tibi tua verba reponam, ponatur *oro vel ad brevissimum tempus preconcepta opinio, & accedat qvispiam nulla sententiæ Photinianæ cognitione imbutus*, an unquam poterit tam audacter contrà sanam rationem DEUM ipsum loquentem mendacii insimulare? Is qvi dicit in Scriptura divinitus inspirata PATREM esse DEUM, & Filium DEUM, & Spiritum Sanctum DEUM, & ista tria subsistentia realiter differre,

à se

à se invicem , ut alius & alius differunt , Est
etiam is qui dicit in Scriptura eadem : *Dominus*
DEUS tuus unus est. Hæc sententia Mosaica si
vera est , dissoluta est tota hæresium compages .
Cogit enim & constringit nos autoritas ac ma-
jestas utrobiqve loquentis fateri distinctas istas
personas sibi inseparabiliter esse nexus , & Pa-
trem , Filium & Spiritum Sanctum unum esse
DEUM verum . Si enim non est unus , duo
sunt : si duo sunt , mentitur qui dicit , Domi-
nus DEUS tuus DEUS unus est : mentitur qui
dicit , Videte quoniam ego sum DEUS , & non
est alius praeter me . Sed quia DEUS mentiri
non potest , Pater , Filius & Spiritus Sanctus
unus DEUS erunt . Locus igitur hic Mosaicus
aut in se comprehendit Filium aut non : Si com-
prehendit , PATER & Filius unus est DEUS ille
Israelis . Sin secus . Ergo duo erunt Dii & duo
Domini . Quia in Scriptura Filius verus DE-
US & Dominus nuncupatur . Ecquis apud
Prophetam dixit : Ego sum Dominus , & non est
alius praeter me , Paterne an Filius ? Si Pater hoc
dixit , non verum dixit . Nam & Filius & Do-
minus & DEUS est . Si vero Filius dixit , ne ipse
quidem verum dixit , quia est alius Dominus Pa-
ter . Si autem hoc DEUS ille unus dixit , qui est
Pater & Filius & Spiritus Sanctus tribus subsi-
stendi modis distincti profecto & verum dixit
& omnes falsum dicere ostendit , qui aut tres
istos Elohim (ut cum Scriptura loqvar) confun-
dunt ,

dunt, vel propter distinctionem istam, qva Pa-
ter à Filio & Filius à Patre differt, plures Deos
introducunt. Qvovorsum te vertas, sive Deos
plures colligendo, sive differentiam persona-
lem inter PATREM, Filium & Spiritum Sanctum
expungendo, utrobiqve eundem D E U M ser-
mocinantem ad filios hominum tandem mend-
acem facies. Sic enim concludere *compelli-
tur*, ut B. Athanasii Symbolum dicit, sana ratio,
si vel maxime nolit propter objecti raritatem ac
insolentiam, tamen insana sim, ait, nisi me
D E O per omnia loquenti & seriò & studiosè id
inculcanti accommodem. O captive Eleuthe-
ri toto cœlo erras ! Neqvaquam Ecclesia ita
colligit: Accepimus dogma Trinitatis per ma-
nus majorum, Ergo qvacunqve specie id è Scri-
pturis eruendum est. Sic enim calumniaris
per universum libellum tuum. Bone Vir, tene
solum Rationis compotem existimas? Qvæ tu
vides, viderunt & alii à multis æstatibus. Ideone
D E U M loquentem mendacem faciant? Cogi-
mur itaqve *compellimur & coarctamur*, ut ea de
DEO manifestato per Scripturam confiteamur,
qvæ hactenus ingratiis portarum infernaliū
confessi sumus. Unicum hic asylum sibi Anti-
trinitarii constituunt, si premuntur harmonia
Scripturarum, quo tandem configant, scilicet
ex vocabulariis mendicatim legunt vocem D E-
US, & posthabita analysi ac cohæsione totius
orationis cuius supra memini, ex meris parti-
cularibus

cularibus argumentantur; Hic & illic DEUS
est nomen dignitatis, eminentiaeque non vero
nomen DEI Summi. Ergo in articulo isto etiam
de Trinitate. Quare tandem vocabulatii sunt?
Utiqve ne permittatur contradictio: Scilicet
ne coelum ruat. De quo terricolo deinceps.
Accedit, quod sana Ratio etiam informata a
Scripturæ harmonia evidentissima, non potest
non statuere esse PATERM, FILIUM & SPI-
RITUM SANCTUM non mera nomina, aut vir-
tutes aut potentias sed substantias per se subsi-
stentes, nisi in causis tam arduis, quas Scriptura
ubique tradit, histrionem DEUM illum tre-
mendum facere malimus, qui ablata persona
Patri, induat personam Filii, & hac exutus fa-
bulam alio sub scheme agat. Exempli gratia:
Sic DEUS dilexit mundum, ut filium suum da-
ret unigenitum. Si DEUS ille Pater qui dedit
Filiu[m], est ea ipsa hypostasis, quae est Filius, an
non tota vis & robur illius aurei dicti perit? an
non in æternæ salutis negocio histrionia exer-
cetur? Aliud exemplum, quod Photinianos
acrius stringit, in mentem mihi venit, Joh. XV,
26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mit-
tam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre
procedit, ille testabitur de me. Annon Eleutherè
supposita tua opinione de assunzione Spiritus
Sancti ita resolvo CHRISTI Orationem alias
simplicissimam: *Cum autem venerit illa virtus*

C

divina,

divina, quæ est eadem personaliter cum Patre, quia
in D E O 'cū nō ē tūto, quam ego mittam vobis à
seipso, à Patre, Spiritus veritatis, id est virtus divi-
na, quæ à Patre hoc est à seipso procedit. Velis
nolis Eleutheri, si ad ista monstrosa ænigmata
fanus es, aut interpungas tandem totam ac con-
tinuam textus cohæsionem oportet, quem ipse
inspicias oro, aut concedas nobis differentiam
quandam personalem, quæ Pater & Spiritus unus
qvidem sint DEUS, quod tui Socii à veritate co-
acti non omnino negant, nec tamen Pater est is,
qui est Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus est
is, qui est Pater. Omnia ista & plura longè ab-
surga cum deprehendit pia antiquitas in suis &
hæreticorum assertionibus, maluit D E O lo-
quenti de se ipso non semel aut obiter, sed circum-
specte, itentidem, deliberatōg, maluit ipsi, inquam,
gloriam dare, ignorantiamq; suam profiteri,
quām e cursus naturalis exemplis ac Regulis
ipsius D E I os verberare, eumq; loquentem de
se ipso utrovis modo, juxta cuiusvis ficta sæpe
principia examinare, corriger atque ḥoc mīda
castigare. Denique si Philosophus Christia-
nus, qui suum habitum ex Theologia comple-
ac perficit, Principia Photinianorum ad rectam
rationem amissitat, & in illis reperit, aut prin-
cipia esse ficta inq; cerebris eorum nata, aut si
vera sunt, illegitimè applicari, nonne ad inci-
tas rediguntur isti homunciones, & D E O exist,
& Phi-

& Philosopho Christiano deridiculo præbiti?
Hæc & alia sapiens Antiquitas absqve dubio
ponderavit.

S. XII. Qvoniam Eleutherius nostram si-
dem mirum quantum exsibilat, conviciisq; im-
petit, ut olim Julianus Imperator Christianus
improperabat hoc: ὡμῶν η̄ ἀλογία η̄ γη̄ η̄ ἀ-
γενία, η̄ σδ̄σι ψεύτη τὸ πιστόν τὸ ὑπερ-
έργον δὲ οφίας, Irrationalitas & Rusticitas vestra
est, & nihil præter illud C R E D E vestra est Sapien-
tiae Reuchlin. Cabal. l 2. Cui Nazianzenus pul-
crè respondit: Christianos morem Pythagori-
cum seqvi, cujus discipuli interrogati nil præ-
ter suum αὐτὸς ιφα objectabant. Sic Tene-
brio iste nos ludere solet: Dicitis, inquit, qvam
vis hoc rationi videatur absurdum, in DEO tamen id
absurdum non esse Mysterium hoc sanctissimum ad
fallacem Rationis humanae stateram non esse exigen-
dum. Scrutator enim Majestatis opprimetur a glo-
ria. Sed ut primò generatim tibi respondeam,
qvæso per D E U M, qvid à multis ætatisbus San-
ctos qvosqve perspicatissimos magis decuit,
qvam propositis duabus enunciationibus qvo-
qvo modo contradictoriis, cum ex altera parte
loqvebatur & decernebat D E U S V E R A X &
O M N I P O T E N S, ex altera Ratio suis utens no-
tionibus, ut ipsi judicio suo suspenso de possibi-
litate vel impossibilitate, simpliciter in verba
acqviecerint. Qvo facto ipse eventus dein-

ceps probavit, non fuisse reapse contradicentia, qvia D E U S incognito modo homini ex universalis propositione fecit particularem, quorum utraqve est vera. Qvare Abrahami fides tantoperè posteris commendatur? *Roman. IV, 18. 19. 20. 21. 24.* Nempe qvod medius inter contradictoria versaretur facta promissione. Ratio dixit cum Aristotele: Nulla mulier desinentibus menstruis ἡγή τῷ θύναι διώσασῃ post annum qvinquagesimum parit, *bifur. animal. l. 6. c. 5.* D E U S contra: Qvædam mulier menstruis desinentibus ἡγή τῷ θύναι διώσασῃ nonagenaria parit. Dispeream, si vespertilio ille Photinianus Abrahami Domesticus fuisset, protinus Regula sua firma fixaq; adhibita ad vitandam contradictionem, ita aut similiter Verbum D E I intorsisset: Sarat utique pariet Filium, scilicet ratione nepotum ex Ismaële prognatorum, qvi Sarām pro Matre Hebreorum more agnoscent. Verum PATER C R E D E N T I U M nostro Theologo doctior contra spem sub spē credidit, tributa gloria D E O. Ac plenè persuasum habens eum, qvod promiserat, posse efficere. Iple eventus posteā docuit non fuisse ἀνίδαιον τοι περιπέπτων, qvoniam id adiectum ratione potentiaq; divinæ medium admisit. Illa etiam Beata Maria prædicatur, qvod creditur. Videbat enim & ipsa duas contradictiones, pendens animi, utra fidem faciat. Altera

hæc

hæc est Rationis: Omnis homo procreatur ex
σωδυασμῷ maris ac fœminæ; qvorum ille
est quasi motus ac generationis origo hæc au-
tem materiæ. *l. i. de gen. anim. c. 2.* Id principi-
um vel ex sensu & inductione cæstæ virginī
constitit, itaqve cum altera ex Revelatione op-
ponitur. Quidam homo non procreatur ex
σωδυασμῷ maris ac fœminæ, sed ex sola fœ-
mina, sine semine virili, interrogat Angelum,
qværens contradictionis conciliationem. An-
gelus inter alia hoc axioma disputanti puellæ
opponit: *Apud DEUM non est ullum verbum im-
possibile.* Ex eventu autem edocta est M A R I A,
virtutem A L T I S S I M I medium invenire posse
per qvod simul consistant & salventur & Ratio-
nis effatum jam factum particulare, & Oracu-
lum cœlitus pronunciatum. Et sic statuant
Photiniani, nisi nobiscum testimonii Verbi de
DEO manifestati in simplicitate credant, quo-
modocunqve id mysterium dein exprimant,
quia tantopere à Philosophicis terminis abhor-
rent, fore, ut æternis contradictionibus impli-
cati totam Religionem Christianam, qvoad
eius ab ipsis fieri potest, pessundent ac subver-
tant. Nos contrà veritatem ex ore D E I hau-
stam possidentes bonam partem contradictionis
solvimus, principiis Rationis rectè intel-
lectis & legitimè adhibitis ac collocatis, & si
qvæ adhuc intelligere ac penetrare non vale-
mus,

mus, vitæ reservamus alteri, ut Paulus ad Corinthios ait : *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Videmus nunc per Speculum in animo; tunc autem facie ad faciem, nunc cognoscimus ex parte; tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Non adeò ovum ovo simile est, quam Photinianis cum veteres Judæi tum præcipue moderni, id enim genus hominum non aliund cervicem suam obfirmavit, sensaq; animi obstraxit, quo minus MESSIAM manifestatum antet secula recipient, nisi ex contradictionum coacervatione, qvibus instructi nos nostrumq; Messiam blasphemant. Apud Johannem XII, 34. non dissimulanter se moriturum prædicit Salvator Hominum, cui Judæorum turba ait: *Nos audivimus ex Lege, quia CHRISTUS manet in æternum; & quomodo tu dicas; Oportet ex altari filium hominis? Qvis est iste Filius hominis?* Nempe contradictionia sunt in adjecto: *Quidam qui vivit in æternum, moritur. Hodiè per gratiam DEI, etiam puer ad istam objectionem responderet, & falsam speciem αὐτοῦ φέρεται monstrare potest.* Concinit R. Mose Majemon Ægyptius inter Rabbinos qvos unquam Sol vidi excellentissimus in Hilchos Melachim cap. XII l. 20. In loco multum disputat, qvibus characteribus verus Messias dignoscendus sit aliquando, de quo verorum Synagoga dicere possit: *Ille presumitur esse CHRISTUS* (CHRISTUS כבוקת שהוֹן משיח) Si Ali-

Si autem, inquit, iste homo occisus fuerit, planum
est eum non esse Messiam, quem sperare lex jussit.
Non absimile est, quod dicitur in Bereschi Rab-
ba Pharaschah XC VIII. **הוֹדֵה אָבִינוּ יַעֲקֹב בָּן אָבִינוּ** Hoc est: Vedit illum,
(Simsonem) pater noster Jacobus, natuρę est, cum
esse Regem Messiam. Sed cum animadverteret, eum
moriturum, Et hic, inquit, moritur? Virulentus
autor libri plusquam Diabolici נצחון, qui
lucem vidi cloCCCCLIX. ita passim clamitat:

מִן אֱלֹהִים הוּא מִתְהַלֵּל הַחֲתָרָה בָּם

Quod si DEUS est, quomodo morti obnoxius
fuit? Scilicet in cerebro Judæorum contradic-
tio est. DEUS qui est ipsa vita substantialis
ac indefectibilis aliquando non vivit sed mori-
tur. Quod non mirum est, cœcos recutitos
ita ratiocinari, cum nesciant DEUM manifesta-
zum in carne, mortificatum secundum carnem, ne-
sciant item discriminare statum Messiae in hu-
militate & statum gloriosæ majestatis. Hinc
ne contradictoria statuerentur: excogitave-
runt alii duos Messias alterum Davidem sobo-
lem alterum Josephi, hunc miserum asina ve-
hendum, illum gloriosum in nubibus cœli ven-
turum esse ajunt. Videatur Jarchius glossator

הנמלט ad capita Esaie XI, 13. & XXIV, 18.

מהרב משיח בן יוסף ופול אל חרב משיח
בן רוד זה נמלט משם ילכד בפח במלחמות

גיא id est: Qui evagis è gladio Messia filij Joseph

Incidet in gladium Messiae Filii Davidis, & qui istud
elabitur, capietur in bellis Gog? Sed nonne stultam fe-
cit DEUS sapientiam hujus mundi? I. Cor. I, 20. Quid
ergo Judaeis faciendum? Convertantur ad Domi-
num, & tolletur velamen illud, II. Corinth. III, 16.
Et submiergentur contradictiones ejusmodi in
Oceano VERBI. Sic etiam Eleutherius non
debebat ex præconcepta opinione de contradi-
ctionibus ad negationem rei in Scriptura conten-
ta procedere, sed ab eo, quod utrumque & de
DEI Unitate & Pluralitate in Scriptura conti-
netur ad contradictionis potius negationem
progredi.

§. XIII. Exposita una & altera ratione, qua
Orthodoxa Antiquitas non solum mota sed
compulsa etiam est, DEUM unum in essentia
& Trinum in Personis credere atque confiteri,
ut vel ex eo appareat calumnia Photiniani, qua
articulum de Trinitate tenui & levi conjectura
fulciri dicit. Nostrum erit paulo post probare
AntiTrinitariorum sententiam ex incertis con-
jecturis & veræ Philosophiz detorsionibus con-
structam esse. Qvod autem attinet argumenta
Rhetorica in hoc Articulo, habent & illa veri-
tatem atque vim constringendi divinam apud
nos qui clariori luce perfusi sumus, tamen se-
des maximè propria hujus Capitis à Sancto Spi-
ritu in Canone Novi Testamenti adornata est.
Firmiter ea retenta in nativo splendore atque
lumine suo, redimus cum face ista ad posticos
libros

libros Propheticos , & deliriis Magistrorum
proculcatis indubitanter statuimus, id Spir-
itum Sanctum dixisse in MōSE & Prophetis,
qvod ipsius operibus ac verbis videmus sub Ad-
ventūm Messiæ esse repræsentatum & publica-
tum. Adeò ut non parodia sit aut nugatoria
accommodatio , si qvæ verba Spiritus Sancti
è Prophetis de promta Mysteriis per Apostolos
& Evangelistas patefactis sedeant & accommo-
dari possint, sed ipsa mens & significatio summi
Doctoris. Fieri enim neutiqvam potest , ut
præter mentem , intentionem & significatio-
nem ejus, qvi omnia novit & utriusque Codicis
autor est, verba ejus in rem transeant, & ad My-
steria in Novo Testamento elucidata tam con-
cinnè quadrent. Qvin firmiter id retinemus,
per oracula DEI qvæ succedunt, vetera affirma-
ri, renovari, repeti, inculcari, explicari, & my-
sterium DEI magis magisq; patefieri. Deni-
que posteriora in prioribus ex parte DEI radica-
ri ac fundari, ex parte nostri priora in posterio-
ribus lucem accipere. Poterat hoc axioma ad
singula Fidei capita applicari, sed in causa tam
bona vel unum sufficit exemplum. In Psalmo
qvingvagesimo & primo leguntur hæc verba:
*Expiā me hyssopo, & mundus ero, lavā me, & prae-
nive dealbabor.* In eorum mutatione non con-
fisto juxta Rabbinorum commentaria, qvi allu-
di ajunt ad purificationem leprosorum, sed
conjungo similitudini phraseos rei similitudi-

nem clarius in Apocalypsi & Johannis Epistola
expressæ, item in Epistola ad Hebræos; **JESUS**
CHRISTUS dilexit nos, & lavit nos à peccatis no-
stris per sanguinem suum. **Sangvis JESU CHRI-**
STI Fili⁹ **D E I** purificat nos ab omni peccato. Si
Sangvis taurorum & bircorum, & cinis juventa
aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purita-
tem, quanto magis **Sangvis CHRISTI** emundabit
conscientiam vestram. Explodat jam hanc Psal-
mi meditationem cum Photiniano Judæus, &
rumpatur ilia uterque, tamen hunc canonem
non dum mihi excusserunt, quem denuò repeto;
Nemo sibi persuadeat, Spiritum Sanctum non cogi-
tasse de rebus in Novo Testamento manifestandis, qui-
bus tam accuratè V. T. verba usitato Scripturis more
accepta conveniunt. Item occurrit sententia Jo-
bi cum stylo ferreo rupi incidenda capite nono
ac decimo: *Credo, quod Redemptor meus vivit,*
et quod ipse regnabit. Consulo AbbenEsram Judæum,
quisnam sit ille Goel, respondet, esse hominem,
sive natum, sive nascendum, qui lecturus verba Jobi
et eius filii patrocinantur, & benignè de ipsa judica-
bit. Ego qvidem ex data Regula phrasis natu-
ram & analysin totius orationis expendo, at-
que rem prorsus similem in Novi Testamenti
Scriptoribus deprehendi, cui ex aſſe verba Jobi
respondent, idq; est potentissima vindicatio JE-
SU CHRISTI, qva sui qui sunt ē morte in vi-
tam asserturus est. Sociniani ē qvorum nu-
mero

mero noster Eleutherius est, Scripturam San-
ctam non aliter interpretantur atque Virgilium
aut Homerum, ut semper ipsis plus sit in sono,
quam in sensu, plus in verbis, quam in rebus.
Nos contra credimus verba quae DEUS usurpat
& ex communi hominum usu ad negotia sua
vocat, vix rebus esse paria. Sic etiam ut ad
nostrum institutum veniamus, Scriptura Mosis
& Prophetarum DEUM illum unum numero
multitudinis non semel & studiosè & cogitan-
ter דָּבָר nuncupat. Rogo Magistros sen-
tentiam. R. Bechai existimat esse plurale no-
men inde, quod DEUS est Dominus potentia-
rum omnium. R. AbenEsra id ex consuetudi-
ne linguae dicij honoris causa judicat. R. Salo-
mo putat causam denominationis esse nomen
Dominii. Rursus AbenEsra. De hoc loquen-
digenere dubitat, & ceteros Magistros redar-
guit. R. Abraham de Balmes in suo Mikneh
vestigia vulgi premit. Ea interpretatio Photi-
nianos non male habet. Num potest cæcus cæco
vix dux esse? nonne ambo in foveam cadent? Con-
tra facem in Novi Testamenti Codice accensam
manu prehendo, eaq; me confero in Mosen &
Prophetas. Non enim est ne suspicandum qui-
dem ea quae de DEO GLORIOSO in Apostolis
prodita sunt, nulla vestigia in Prophetis habere
propter unitatem mysterii, unitatem DEI &
nominis illius, unitatem Spiritus. Ideoq; cum
apud Johannem quinto SERVATOR hominum
oratione

oratione quadam id effecerat, ut Judæi multo
sapientiores Photinianis tandem colligerent,
JESUM Nazarenum se prædicare Filium DEI
proprium per omnia æqualem DEO, inter alia
respondet: Scrutamini Scripturas (Mosis & Pro-
phetarum) quia vos videmini vobis in ipsis vitam
æternam habere; Et illæ sunt quæ testantur de me.
Immo ipsi Talmudici fatentur, omnes Prophetas
in universum non prophetasse אלֹהִים רַמְוָת הַמִּשְׁיחָה nisi de diebus Messiae. Quamobrem quotiescum-
que in Mose & Prophetis reperio Elohim de JE-
HOVAH illo Benedicto prædicari, item sicubi
DEUS de seipso numero multitudinis loquitur,
aut DEUS de DEO, tanquam suppositum de
supposito, aut per distincta prædicata realis dif-
ferentia in DEO arguitur, firmiter concluso,
recondi in illis locis Mysterium DEI Patris &
Fili & Spiritus Sancti. Longè quid magnifi-
centius ac divinius inesse verbis Spiritus Sancti,
quam ampullas, hyperbolas ac battologias, ut
ignavi Judæi somniant, corroborat Paulus
I. Corinth. II, 13. Logimur non sermonibus quos
docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus
Sanctus, τιθυγλωττική τιθυγλωττική συγκείνεται,
cum spiritualibus spiritualia conferentes, nempe ita
connectimus Scripturas, ut verba rebus & res
verbis respondeant, & in unum veluti corpus
coalescant. De ista συγκέισται nihil novit Ju-
dæus, nosse debebat tamen Photinianus. Sunt
alii

scriptio

alii Doctores Orthodxiæ , qui è diligentí collatione Locorum Veteris Testamenti aduersus Photinianos præsertim Enjedinum probaverunt dogma præsens. Ea laborum parte supersedeo. Qvoniā unicè id ago , ut Lector Christianus intelligat , qvo ordine qvæveratione testimonia ex Mose & Prophetis accersamus , ne funda-
menta Fidei tenuis & exilis conjecturæ nomine ve-
tiant , ut tenebrio noster cavillatur .

§. XIV. Deinde gravem dicam Orthodoxis scribit Photinianus , dum cantilenæ suæ de contradicitionibus paullo pausam faciens , invehitur in illos , qvæ sine Scriptura agant , qvæ tamē maximè gloriari soleant . Verba ejus recitentur oportet : *In Sancta Scriptura , inquit , si hoc dogma Trinitatis continetur , tum aut aperte verbis scriptum est , aut firma consequentia potest ex Scriptura deduci , sed nec illud factum est , neque hoc fieri potest . Ergo hoc dogma frustra autoritatem Sanctæ Scripturæ sibi prætexit : Expressis verbis non contineri plus quam certum est . Deberet enim vel vox Trinitatis extare in sanctis literis , vel qvæ ei equipollent : DEUS quum dicitur unius esse Essentiæ trium autem Personarum . Sed nemo hactenus inter tot Eruditos extitit , qui hæc in sanctis literis scripta nobis ostenderet . Tam multæ lectionis homo est . Sed crassam committit fallaciam plurium nempe interrogationum . Qvæstio enim est hæc male instituta ; sitne formale & materiale hujus Articuli in Scriptura expressum ? Formale nuncupatione rem*

po rem ipsam, per quam Articulus iste constituitur. *Materiale notat voces*, syllabas & apices, quibus Articulus is propter schismata effertur. Si respondeas affirmativè, personabunt omnia clamoribus, ostende *Trinitatis, essentiae, personae* vocabula in Scripturis. Si negativè, jam demum fenestra sophisticandi ac blasphemandi aperitur. Ad distincta ergo distinctè respondemus. ¶ Res ipsas, quas Ecclesia receptis vocabulis intelligit & significat, in Scriptura esse expressè positas & patefactas, tantisper credo atque confiteor, dum ex ipsa Scriptum contradictionem ejus veram à te allatam esse video. Hic te virum præstare debebas ॥. Non tamen existimandum, quasi præsens caput fidei immediate sine notionibus nominum in Scripturis traditum sit, quod implicat contradictionem. Quid enim absurdum est, si dum ex nomine ☸ colligam ☸ essentia, & ex voce ω in Apocalypsi I, 8. σοια & sic argumenteret conjugatis DEUS est ὁ ω. Ergo habet σοια vel est ipsa essentia. Omne enim quod ω est, & per σοια ita est & dicitur. Deinde I. Johan. V, 7. dicitur: *Et hi tres unum sunt.* Quin licet hinc dicere Unitas & Trinitas? *Tri-*
num omne Trinitate est trinum, & omne unum Unitate est unum. Indè rectè infertur Patrem, Filium & Spiritum tres esse Trinitate personarum & esse unum Unitate essentiae. Dicis: Ea-
dem

dem sequela colligo Trinitatem essentiae & Unitatem Personae. Respondeo, Hoc cadaver consequentiæ exenterabo atque exosabo. Deinde sufficit mihi ostendisse terminos istos nec Scripturis repugnare, nec absurdum esse eos ex visceribus Scripturæ depromere. Vocabula ~~versus~~ Hebr. I, 3. quomodo exprimat id quod inde à Tertulliano Latina Ecclesia Personam dixit, alii jam affatim declararunt. Tu Eleutheri quia Arrii vera propago more majorum tuorum fastidis Philosophiæ terminos, quam alibi *infantem sapientiam nominas*, ideoq; per me licet hunc Articulum ita eloquaris, modo res ipsa retineatur: *Unus Jehovah sunt tres Elohim, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.* En omnia verba sunt Scripturæ totidem Syllabis in ea contenta, cave autem ne sub rosa venenum cerebri tui occulas. Alias qui in rebus *RD E M* sentiunt, iis laudi ducitur, & proficuum Ecclesiæ est, si propter concordiam in modis loquendi etiam convenient. 33. Qui ergo factum est, ut Ecclesia paulatim à Symbolo Apostolico recedens doctrinam *CHRISTI simplicem* sordibus *infariantis Sapientiae* inficerint, ait noster Photinianus? Respondeo 1. Majorem tuam propositionem esse meram calumniam: Quia Symboli Apostolici articulos aliis atque aliis verbis effert præsertim necessitate urgente, is recedit à Symbolo Apostolico. Eadem consequentiā colligam: Qui
primum

primum librum Moysis Hebraicè scriptum transfert in lingvam Germanicam, is recedit à Genesi, cum potius argumentum inversum procedat: Qui divinum qvoddam oraculum retento sensu genuino aliis verbis è medio petit exponit, interpretaturq; is tantum abest ut recedat ab Oraculo D EI vivi, ut per idipsum medium conservare, atq; propagare illud enitatur. Thomas p. i. qv. 29. art. 3. Si oporteret, inquit, de DEO dici solum illa secundum vocem, que Sacra Scriptura de DEO tradidit: sequeretur, quod nunquam in alia lingva quis posset loqui de DEO, nisi in ilia, in qua primò tradita est Scriptum Veteris & Novi Testamenti.

2. Mallemus simplicitate sermonis uti, ut sicut credimus ita etiam loquamur, unum esse DEUM Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & quod affirmare ausim simpliciores illi vñnos etiamsi nunquam audiverint vocabula Metaphysica, Essentia, Persona in hoc fidei capite usurpari, tamen convicti ex Veteri & Novo Testamento statuent DEUM verum, non nisi unum, convicti item vel solum ex Baptismi sui forma, credentes non in alium nisi in DEVUM illum unum verum baptizatos esse, & Patrem non esse Filium, nec Filium Spiritum Sanctum esse, quorum tamen singuli sint ille unus verus DEVS, extra quem non est aliis, ad talia obstupescit, atque secum, Video aliquid, ait, quod non possim

possum eloqui, Ratio. Veruntamen loquendi
necessitate à Græcis & Latinis parta sunt hæc
Vocabula Metaphysica, ut quovis modo erro-
ribus & insidiis ἔτι λαλῶν διεσχηματίζε-
viam obstruerent. Sicut enim olim instru-
menta contractum propter hominum integri-
tatem strictissimis verbis scribebantur veteri-
bus, hodiè vix verboſſimis contractus humani
à fraudibus mortalium repurgari ac conservari
queunt. Sic etiam satis erat quondam confite-
ri, Credo in DEVM Patrem, Filium & Spiritum
Sanctum: Sed curiositas profanorum quorū-
dam hominum effecit, ut eandem rem nunc
cogamur explicatoribus verbis effari, qvalia-
cunque illa tandem sint. Modestè B. Augusti-
nus de hac ὀνοματη Ecclesiæ quasi extorta
per Hæreticorum mendacia in libris suis de Tri-
nitate l. VII, 4. Trin. V. c. 9. inquit: *Alium aprio-
rem modum non invenerunt Doctores, quo enuncia-
rent verbis, quod sine verbis intelligebant. Cum
quæritur quid TRES? Magna prorsus inopia hu-
manum laborat eloquium. Dicitum est tamen tres
personæ, non ut illud diceretur, sed ne taceretur.
Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo ex-
pliari valet. Et iterum: Et dum intelligitur, in-
quit, saltem in enigmate, quod dicitur, PLACUIT
ITA DICÍ, UT DIGERETUR ALIQUID, CUM
QUÆRERETUR QVID TRIA SINT, QVÆ
TRIA ESSE VERA FIDES PRONUNCIAT.*

D

Nulla

Nulla nec petulantia nec superstitione abitum
est olim à simplicitate verborum Scripturæ, si
quis enim R E M ipsam in Scripturis patefactam
tenet, nihil impedit quo minus dicas: *Personas,*
Nomina, hypostases, modos, species, formas, panim,
Elobim, Middoth, substantias, prout Ecclesia ta-
men terminum unum altero commodiorem
esse judicat, qvia ubique per ænigmata loqui-
mūr, omnisq; terminus heic laborat impec-
tionibus, qvicunq; ve is sit. 77. Jam vero ut
res non perfectè ex verbis qvibus effertur, sed
ex ipso jure & re ipsa qvæ est, æstimatur: sic ni-
mirum qvilibet pius hoc negotium non ex ver-
bis, sed ipsa R E & veritate æstimabit, qvalibus-
cunq; tandem exprimatur verbis. Qvia vero
jampridem Ecclesia hanc loqvendi formam re-
cepit, *D E U S unus in Essentia, & Trinus in Perso-*
nis, retinemus eam tantisper, dum Photini de
grege discipulus suis Principiis ex sana ratione
sumtis illud dicendi genus extorquet manibus
nostris. Sed ut jam dictum est, ipsos Ecclesiæ no-
stræ Doctores agnoscere in terminis forinsecus
adscitis tria accidentia, qvæ nisi Theologica Sa-
pientia moderatur ac castigat, posterius malum
fit deterius priori, & qvum olim magno labore
ac consilio de Idoneis vocabulis in hoc myste-
rio cogitatum est, ne Lupi se gregi Dominicæ
immiscerent, ita inventis terminis Metaphysicis,
ubi semel hic adhibiti sunt, protinus inde
novas struunt infidias, & ex nostris qvasi - præsi-
diis

diis nos expugnare satagunt. Exempli gratia,
Personam definitur quod sit Substantia individua,
intelligens & incommunicabilis. Benè , ait
Photinianus. *Cui competit definitum , eidem*
definitio competit. Iam verò quot personæ sunt,
tot sunt essentiæ , tot substantiæ , sicut Joha-
nes & Petrus due personæ distinctæ sunt , ita quo-
que distinctæ & separatae essentiæ sunt. Et hinc
est , cur Eleutherius iste certissimam sibi victo-
riam promittit , & quasi triumphans itentidem
exclamat: *Absurde id colligitur , cum una numero*
Essentiæ non possit esse tribus Personis communis , Per-
sonam enim nihil aliud quam substantiam primam
intellectu præditam , multiplicatis ergò Personis , ne-
cessariò quoque essentias multiplicari. Verum si
liceat à definitione concreta argumentari ad
subjectum illud , cui aliquod tale attributum
assignatur , DEO BENEDICTO ex levi conje-
ctaura aliquid potest affingi , quod ejus naturam
atque essentiam per modum contradictionis
destruat. Nempe cum DEV S dicitur *Videre* ,
audire , loqui , odorari , item cum oculos , aures , ma-
nus , pedes nasi ^{magis} , habere dicitur , quippe quod
Lex loquitur כְּפִי לְשׁוֹן בְּנֵי אָדָם secundum
linguam filiorum hominum , quia imperita plebs
non videt , quomodo aliquid verè possit existe-
re , nisi corpus. Ideoq; quid faciendum , ne ab
eo quod hominibus tantum competit , in iisq;
perfectionem notat , argumentemur ad DEVM ,

eiq; tale quid tribuamus , qvod D E V M non.
D E V M faciat? Respondeo non ex Orthodo-
xo auctore, qui Eleutherio nostro suspectus est,
sed Rabbini cuiusdam verbis *Mosis Maimonij* in
suo More Nevochim Parte I. Capite LV. Vbi
in hoc negotio sic præcipit: *Quicquid est ex ali-
qua è quatuor sequentibus speciebus, id à D E O re-
movendum est; primò, quicquid inducit corporei-
tatem; deinde, omnis passio & mutatio; tertio,
quicquid inducit privationem, ita ut statuatur res
aliqua ipsi nunc actu non inesse quæ possea in actu ei-
insit; quartò, omnis similitudo creaturæ alicuius.*
Similiter & nostrarum partium Theologi statu-
unt, supposito axiomate eo, cuius suprà men-
tionem feci, Sanctam Scripturam T A N T U M esse
principium Religionis atque normam , nimi-
rum sicubi Theologus ad Regnum Cœlorum
doctus necessitate quadam Terminis Metaphy-
sicis utitur, ut tria attendat in illis, primò abstra-
ctionem , secundò analogiam , tertio imperfe-
ctionis remotionem , ut vetus Regulula habet:
Verba servire debent Rebus, nequaquam Res Verbis,
nisi tristes λογικίας excitare velimus. Re-
gula hæc esto ; Terminorum natura cognoscitur
non ex conditione certi subjecti, sed secundum con-
ceptum universalem. Exempli gratia miraban-
tur olim Americani omnes imberbes Hispanos
barbatos, & primo adspectu vix eos in homini-
bus reputabant, sed spumam maris nuncupa-
bant.

bant. A specie enim attributione ad genus
turpiter collectionem fecerant: Omnes ho-
mines Americani sunt imberbes. Ergò omnes.
homines sunt imberbes. Tandem enim edo-
cti sunt, conceptum Hominis universalem non
includere & barbatum esse licet in homine
Americanus semper imberbeitas cum homine
conjugatur. Non aliter noster *Eleutherius*
barbarorum more concludit turpiter argumen-
tando à conceptu rei proprio ad conceptum
universalem. Petrus & Johannes sunt duæ
personæ, & habent duas numero essentias distin-
ctas. Ergò etiam ita competit omni personæ
secundum conceptum universalem. Invenisti
non quod pueri in Faba, dum à definitione con-
creta ad abstractam ratiocinaris. *Philippus* qui-
dem in Personæ definitione non expressit tan-
tum formalem rationem suppositi sive personæ
sed connotantem ipsam naturam, cujus perso-
nalitas est: Qvia præsupposuit istam Regulam
ante citatam. Tu autem tum demum victor
esses, Bone Vir, si tres personas creatas, finitasq;
in Deitate statueremus ex cerebri nostri figmen-
tis, & per habitum philosophicum adinventas,
sed Theologus ceu Magister ac Rector Philoso-
phiae ad suum institutum utitur terminis philo-
sophicis, & sicubi in illis protuberant affectio-
nes speciales seu concretivæ, imperfectionesq;
enti creato ac dependenti propriæ, illico præ-

scindit, amputat, corrigit, refecat, qvæ REI ve-
ritati ex sola R E V E L A T I O N E pendentí ob-
stigillant, ne in Oraculis Sanctæ Scripturæ ad-
mittatur *contradic̄tio*, qvandoqvidem ubiqve
ipse idemq; D E U S V E R A X & Omnipotens lo-
quitur. Philosopho Christiano offeratur exem-
plum unum & alterum à Theologo ex Scriptura
evidenti demonstratione, de Incarnatione Do-
minica, de omni præsentia corporis C H R I S T I,
de D E O Uno & Trino, isq; Philosophus Scri-
pturam pro principio vero agnoscat, annon sic
colliget? annon ambabus manibus id accipi-
et? Corpus C H R I S T I simul est in pluribus
locis. Ergò aliquod corpus simul est in pluri-
bus locis. Item: C H R I S T U S D E U S pro-
priissimè dicitur homo. Ergò disparatum
qvoddam de disparato prædicatur. Sic etiam:
Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt unus ille
verus atqve indivisus D E U S: Ergò qvædam
Personæ multiplicatæ non multiplicant essen-
tiā. Huic collectioni insisto tantisper dum
Photinianus ex *Scripturæ Harmonia continua* at-
que constanti evidentiq; aut meam thesin evertit,
aut suam positivè tuetur. Qvām oppido heic
in angustum vestræ cogantur copiæ, si Scriptu-
ra Judicis partes suscipit, testimonium abundē,
dicunt libelli vestri omnes, qvi pleni tormentis,
eqvuleis, uncis, nervis atqve numellis, qvi
bus schola vestra Scripturam sanctam torquet
ac excruciat. Accedit, cum qvodammodo ex
principiis

principiis sanæ rationis hoc mysterium delineare possum, atq; per potentiam DEI absolu-tam tale, qvid fieri posse doceo, Eleutherii cau-sa valdè suspecta redditur.

§. XV. Principium tuum primum est illud: Nihil potest esse singularissimè unum ac indivisibile, & tamen pluribus commune, quoniam contradictionem implicat aliquid posse esse simul rem unam & plures. Quoniam multi & præclarí Philosophi hunc arietem Photinianorum fortiter enerva-runt, tria verba in tam luculenta causa sat erunt. Syllogismus esset talis: Omne id quod tribus commune est, unum numero esse nequit, Es-sentia divina per nos pluribus tribus nempe com-munis est personis. E. una numero esse nequit. Si noster tenebrio sanæ rationis fuisset, ut vult videri, potius ita formasset argumentum: Er-gò: Qvoddam quod tribus commune est, unum numero est, qvæ alteri contradicit. Ratio erat, qvia Scriptura mentiri nescia illud affir-mat. Sic supplevisset Philosophiam ex Theo-logia. Jam verò ex tua data initio Regula: Duo contradictoria non sunt simul vera: judico hoc ipso Eleutherium mendacem fieri in Majo-re propositione, cum ejus contradictionem de-fendit Spiritus Sanctus in Scripturis. Verum qvid præterea? Ipsa ratio dictitat commune esse pluribus dici dupliciter; Primo commune est pluribus universale ut essentialiter inferio-ribus ab iis per mentis operationem præcisum,

D 4

veluti

veluti omnia genera & species, & hac ratione
unum numero non esset unum numero. Se-
cundò commune aliqvid est pluribus veluti es-
sentia ac natura modis, aut natura potentissimis.
Hanc Murcia disp. II. de Univers. q. 4. appellat
communitatem communicationis, illam *communita-*
tem Universalitatis. Ita unum numero Ens Hoc
Modis suis se communicat, & anima Hæc vege-
tativa diversis potentissimis, absqve ulla repugna-
tia. *Personas autem in præsenti mysterio esse*
id, qvod in proportione *Modo* in Creaturis re-
spondet, à multis æstatibus recte existimatum
fuit, si personam in abstracto consideras. Dices:
Unum & idem non potest esse unum & multa.
Respondeo, scilicet secundum idem eodem re-
spectu. Alias qvid impedit, qvo minus affe-
ctiones seu modi Entis uniti unum, verum bo-
num sint unum & idem & non sint. Unum &
idem ex natura rei, multa autem secundum ra-
tionis distinctionem. Sic qvivis modus rei cum
re ratione essentiæ est unum & idem. Modus
enim non aliam habet essentiam nisi eam qvæ
est ipsius rei. Nihilo secius una eademq; res
habet plures modos. Persona autem Trinitati-
tis, ut jam dictum est, habet se quasi modus di-
vinæ essentiæ eam quasi determinans ac modifi-
cans, ut distinctionem illam & pluralitatem in
DEO per Scripturam indicata si non eloquiva-
lemus, tamen ne prorsus taceamus. Hinc qvo-
dammodo intelligi potest, personam multipli-
cari

cari posse, non multiplicata natura, sine contradictione. Si persistimus in Persona abstractè ac formaliter considerata. Namque non differt ens ab uno, vero & bono, quoniam unum est Ens, & Verum est Ens, & Bonum est Ens, nec tamen tria sunt entia, sed unum est quod tribus istis modis vel affectionibus praeditum. Mea mens non est Trinitatem inde probare quod etiam principio dixi, sed ostendere $\omega\zeta \epsilon\nu \tau\pi\zeta$ quod talis communicatio fieri possit unius ejusdemq; naturæ, qua se sine sui multiplicatione modis suis communicat, ne Eleutherii pronunciata pro oraculis adorentur.

§. XVI. Principium sanæ, hoc est, Photinianæ Rationis alterum est istud : *Contradictio est : Unam eademq; essentiam esse simul genitam & non genitam : Aliquid ab aeterno fuisse, & tamen verè ac propriè genitum esse ; immò aliquid existeret & tamen adbuc generari, & mille alia ejusmodi, quæ alibi fusi sunt demonstrata : Nonne hæc apertere sanæ rationi sunt contraria ait ? Tria insanientis sapientiæ effata simul in chartam conjicis. Qvorum primum est perversissimum, dum nobis affingis contradictionem ubi nulla est. Quæro ex te per frontem sitne hæc contradictione : Una eademq; essentia secundum certum subsistendum modum est genita, quæ citra illius respectum non est genita ? Nisi & hanc contradictionis damnamare velis : Unus idemq; Eleutherius Photinianus*

videt oculis secundum potentiam visivam, qvi non videt secundum potentiam qvamvis aliam. Secundum est tale: *Quicunque est genitus verè ac propriè, is non est ab aeterno,*

Filius DEI per nos est ab aeterno. E. Filius DEI non est vere ac proprie genitus.

Ad hoc terriculum abigendum si assumo pia Antiquitatis responsonem convenientissimam, nempe Majorem valere in generationibus eorum, qvæ fiunt in hoc mundo: nequam in generatione Filii DEI aeterna. Qvia Scriptura hoc ipso dum affirmat & testatur Filium DEI Genitum esse, facit majorem Photinianorum particularem qvam dicat: *Quidam genitus verè ac propriè est ab aeterno.* Ergò concludat Photinianus qvippe agnoscens Scripturam pro LUMINE: *Quidam, non, omnis genitus verè ac propriè non est ab aeterno.* Et hac ratione connexum est verum, sed inde non sequitur pro Photinianis illatio. Qvod si talia in partem contrariam meditor, jam occupavit noster tenebrio me dicentem, cum passim gloriatetur: *Sed dicunt; Hæc in creatis rebus pugnare, non in DEO, qvi sit increatus & infinitus, sed quæ pos, qvi hæc affirmatis, an hæc vobis simpliciter assertibus protinus credenda sunt?* Dicite, unde vos scitis istis ista non pugnare in DEO, qvæ per se pugnare videt Ratio? Et iterum infit: *Qvod absurdum est, inquit Evangelici, non statim absurdum esse in supremo Numine.* Sed dum hæc tam

confiden-

confidenter differunt de DEO, quem nunquam viderunt, si sibi credi volunt, proferant tabulas, & ostendant argumenta, cur statuant id quod manifestatio rationis Principio probatum est, non habere locum in DEO. Syllogismus talis est: Omne attributum DEI denominatum à rebus humanis, est judicandum & examinandum secundum affectiones & proprietates illarum, Generatio Patris qua genuisse dicitur Filiū est tale attributum DEI. E. Qvam turpiter noster Photinianus sua vineta cedat, Majorem pro infallibili principio venditans sexcentorum loco uno declarabo exemplo. Dicitur DEUS ille Summus in Scripturis non semel \beth Vivus, qvod attributum etiam homini & cuivis animanti qvacunqve ratione competit forsan per modum analogiae. Fac jam Eleutheri te statuere DEUM simplicissimum esse abs ulla compositione, qvacunqve vel excogitari possit. Ego probabo contrarium ita: Omne vivum compositum est ex principio seu forma qvâ vivit, ex ipso vivere $\tau\delta$ $\zeta\omega$ & ex vitalibus operationibus: DEUS est vivus. Ergo. Quid respondebis nisi illud Majorem meam verificari in animantibus, non in DEO? Minorem vix negabis, qvia expressè toties habetur in Prophetis. Ego verò protinus tibi tua regeram verba ad datam responsonem: *Antibi hæc simpliciter afferenti protinus credenda sunt?* Profer tabulas, & ostende cur statuas id quod manifesto

*festo Rationis principio probatum est, non habere
locum in DEO. Dices: Inesse meo argumento
quatuor terminos, qvia vivum esse de DEO dica-
tur impropriè & æqvivocè. Respondeo: Hoc
ipso DEUS vivus per Scripturam per te erit
non-vivus, qvia æqvivocè talis est. Qvomodo
ergò ϑ vivum esse respectu viventium creatu-
rarum de DEO illo Summo in Scripturis prædi-
catur? Non æqvivocè, ut vidimus. Qvod si enim
hoc valeret, in singulis Scripturæ dictiōnibus
contradictionem offendetur. Exempli gra-
tia, DEUS est, vivit, intelligit, vult, scit, misere-
tur, irascitur. Finge æqvivationem & con-
seqvetur DEUS non est, non vivit, non intelli-
git, nisi qvod de nomine nobiscum aliqvid par-
ticipat. Nec univoce, id qvod nec Photinianus
negat. Et Moses Ægyptius in suprà laudato li-
bro capite L III. parte prima, reprehendit illos
Judæorum Magistros qvod attributa animali-
bus propria DEO tribuant cum summa imper-
fectione litteraliter. Etsi capite LVI. suam
mentem patefaciat, ea omnia dici de DEO merè,
æqvivocè & non analogicè. Verum respondemus
Majemonidi argumēto Thomæ Aqvinatis: Si
Ens dicitur æqvivocè de DEO & Creaturis, uti &
Voluntas, Sapientia, Potentia, Vita, qvæ Mo-
ses conjungit ibidem, sequitur nos de DEO nihil
cognoscere posse. Nam de æqvivocis nulla est
Scientia. Ergò analogicè. Qva ratione autem
ea ana-*

ea analogiâ dividatur, definiatur, applicetur,
multi & egregii Philosophi scripserunt. *Murcia super Ante prædicamenta disput.* 2. qv. 1. præ
cœteris videatur. Sic etiam *Gignere* dicitur de
DEO Patre, Theologis alibi id ex Scripturis do-
centibus, *Genitum esse* de DEO Filio. Cum id
Photiniana Schola non possit expungere, per-
vertere tamen audet, & fingit metaphoricam
ac impropriam in se generationem. In se dico
notanter, qvia & ipsi non negamus si compara-
tio instituatur inter Mysticam istam genera-
tionem & aliam qvamvis physicam secundum con-
ceptum utriusque proprium, DEUM impropriè,
id est, suo peculiari modo non animantium ab-
jectorum instat *Gignere* Filium. Verum hoc
ipso affirmamus ac defendimus ex Scripturis
qvod DEUS *mitione sui* propriissimè, verissimè
ac perfectissimè Genuerit ac *Gignat* Filium, id
qvod negat Photinus, ne incurrat contradic-
tionem. Verum sicut in omnibus DEI attributis,
qvorum unum & alterum vidimus, ex. gr. *Vi-
vum esse*, prius liberamus & defecamus id ab
omni imperfectione, qvam DEO Glorioso id
applicemus, nempe *actiones, accidentia, motus,*
prius & posterius, ita etiam *Generationis* vocem li-
beramus ab imperfectione, qvæ in creaturis ge-
neratis iisq; finitis invenitur, propter suam cre-
aturalem dependentiam, nimirum, qvod gene-
ratum habet distinctam essentiam singularem
ab essentia generati, qvod generatio fit ex præ-
existenti

existenti materia ~~καὶ οὐεῖς~~. Qvibus imperfectionibus separatis, materiale significatum, per me licet appelles, prodit tandem vera hæc Generationis definitio formalis: *Generatio est communicatio essentiae productiva.* Qvæ certa & legitima proportione competit & Physicæ & Divinæ generationi, cum utrobiqve subjectum definiendum in sua disciplina & ex principiis propriis definias. Cum ergò qværo, qvid sit generatio? Turpiter respondet noster Theologus: Est productio essentialis, qvâ vivum aliquod aliud vivum specie idem, numero non idem producit, qvod ante sui productionem in esse constitutum non fuit. Eadem sunt ineptiæ, ac si qværam qvid est animal? Respondeat alter, est corpus rationis expers. Hoc enim non esset definire, sed ludere ac sophisticari. Cum igitur Eleutherius ab uno sensu materiali puta physico colligit ad sensum materialem alterum Theologicum, qvid aliud agit, qvam qvod à specie ad speciem argumentatur: Angelus est, Ergo homo: qvâ consequentia nulla potest esse seqvior. Multo rectius ita ratiocinatus fuisset ex hypothesi Scripturæ Sanctæ: Si DEUS ille unus dignit Filium proprium multo excellentior, fortior atqve magis illa singularis erit generatione physica, qvia producens ac productum sunt unius & ejusdem singularis essentiæ expertes omnis mutabilitatis, absqve ulla temporis

poris connotatione, sicut ratio paternitatis excellentius in D E O invenitur, qvam in homine &c.

§. XVII. Optime itaque distinguitur inter generationem divinam & generationem quamvis aliam physicam, etiamsi praet stomacho medius rumpatur Photinianus. Dari autem membrum alterum divisionis nempe divinam generationem ex sola Scriptura unicè probatur immo ex illa promanat nobis hac de re nihil cogitantibus. Sed tale quid accidat necesse est isti homini, quippe qui in principio disputacionis duo LUMINA Theologiæ accendebat, RATIONEM & REVELATIONEM magna cippasias & Algebras. Qvaritur autem, ne Photiniano nostro calumniandi occasio relinquitur,anne sit contradicatio Esse ab æterno & genitum esse ab æterno? Id quod initio probare volebat. Sed crassam Elenchi ignorantiam committi abs te, ecquis dubitare potest? Quidnam per genitum esse significatur modus, quo Filius ab æterno subsistit. Verbo autem esse, vel fuisse, vel non fuisse ipsum subsistere denotat. Testatur vero Scriptura Filii DEI subsistere atque esse ab omni æternitate fuisse. Testatur & Ratio quod Modus quo aliquid subsistit, ab essentia ipsius & subsistentia inseparabilis sit. Ergo non repugnat esse genitum, & esse ab æterno. Quemadmodum posito Solem fuisse ab æterno,
quod

qvod D E O non est impossibile Solem ab æterno produxisse, Ergò & radii solares itidem fuerunt ab æterno. Qværo jam præcesseritne generatio esse ipsius radii, an esse ipsius radii suam generationem. Si prius: Ergò qvoddam qvod generatur, nihil est: Si posterius; Ergò aliquid fuit, anteqvam aliquid fuit. Contrà verum est, tum fuisse radium cum est genitus, & tum genitus qvando fuit. Dato jam eo, qvod radius per DEI potentiam fuerit ab æterno, ergo & ejus generatio fuit ab æterno, & contra radii generatio à Sole fuit ab æterno, ergò & ipse radius; cum per modum hunc nempe à Sole generationem suam habeat existentiam. Omnia illa pulchrè accommodata præsenti negocio, in fumum convertunt minacem hominem cum suis contradictionibus.

S. XIIIX. Mille alias hujusmodi tuas contradictiones, qvas non narras, nec probas, sed crepitas, in lucem per DEI munificentiam jam protractas ac in Triumpho ostensas esse, ab illustribus Viris ipse non potes non cognitum habere, ideoq; in cœteris brevis ero. Principium tuum tertium hoc est: *Eadem sequitur via ad efficacia ad tres essentias & unam Personam ex scriptura concluditur, quam ad tres Personas & unam Essentiam.* Fundamentum est fortasse illud, quod ex scriptis sociorum tuorum sit conspiciendum: Qvia in D E O essentia & Persona realiter idem sunt. Syllogismus est hic: *Quæcumque sunt realiter*

realiter idem, eorum uno multiplicato, multiplicatur
& alterum. Subsumo ; Multiplicatis modis ex-
empli gratia Presentia corporis ejusdem in multis
locis simul, qvod per Potentiam DEI tale quid
fieri potest, non multiplicatur corpus. Multipli-
cata affectione entis, non multiplicatur Essentia en-
tis, Multiplicata facultate anime, non statim mul-
tiplicatur anima essentia, que omnia cum sua es-
sentiare realiter sunt idem. Personas autem TRI-
NITATIS Sanctæ suo modo respondere Modis
Entium creatorum efficaciter docet Iacobus
Martini l. 2. de tribus Elohim, & ex eo Keslerus
in libellis suis aureis. Deinde Lectori fucum
facit egregium Veritatis ille Studiosus, qvan-
doqvidem Essentia & Personæ terminos in Eccle-
sia receptos ex suo cerebro judicat, atq; ita con-
fundit, qvasi idem sint simpliciter in DEO. Fate-
mur qvidem & nos Essentiam esse hic singulare
aliqvid sicut Persona , nihilominus distingvi-
mus inter singulare ut singulare & inter singu-
lare, ut habet ingenium & modum universalis :
Essentia qvidem divina singularis est : (qvan-
quam Patres nonnulli ob certas causas DEUM
singularem dici noluerint) ingenium tamen
modum ac rationem habet universalis : qvate-
ris non est unius personæ essentia, sed tribus
CUM NUNIS REVELANTE SCRIPTURA. Ideoq;
ta per infirmum erit connexum tuum, dum
probas ex Scriptura id subsistens qvod nos
Personam dicimus, esse commune aliis per-
sonis,

sonis, ut quemadmodum loquitur Scriptura: Pater est DEUS, Filius est DEUS, Spiritus Sanctus est DEUS, jam proferas & tu tabulas, quibus inscriptum sit: Filius est PATER ille qui misit Filium suum, Spiritus Sanctus est Pater ille de quo exivit Spiritus Sanctus &c. Et deinde fidem mereberis. Summa artificii tui consistit in eo, quod cum Patres Ecclesiae ex communione loquendi consuetudine depromserint hos terminos, ut hinc Essentiam seu Naturam dixerint id quod multis est commune, personam id quod uni est proprium, ut cum essentia humana dicitur de Johanne, Petro, Paulo, ne planè multi essent loquente Scriptura, tu neglecta Scripturæ catena atque harmonia nudos terminos scalpturis prorsus de vocabulis altercans, cum tamen ipse hoc dogma, nec vis nec potes eloqui, nec aliis id tentantes quantum in te est, permittis. Ne te pidgeat artificii tui exemplum tibi monstrari in puerili quadam actione. Propontantur Pueri Tyroni haec verba: *Doleo caput*, ut ea Hebraicè efferat. Multum diuq; Lexicon pervolvens tandem ita exprimit רַנְחָלִי. Quid ego ludificatus puerum? Diccam, errasti, non expressisti verba, quia רַנְחָלִי venenum significat. Annon vel Puer regeret, quicquid alicubi significat, mihi tamen hic in meo exercitio caput denotat. Sic etiam Scriptura Sancta REVELANTE ac cogente intellectum, quod

qvod hic non repeto, hanc sibi imposuerunt
necessitatem Antiqui Patres, italoqvendi qvam
maxime congruè suo exercitio fieri id posset,
qvod si aurem mihi jam vellicat nasutulus ali-
qvis Photinianus, regeram, sic meum exerciti-
um sonat, & tenorem ejus aliter haec tenus effer-
re non potui, nec à te rectius efferri video, id-
eoq; nisi primò in RE IPSA mecum consentis,
nihil est qvod me exagitas terminis aliter & ali-
ter acceptis. Qvod noster Philosophus blate-
rat per nos non repugnare uni persona dare duas
essentias sive naturas in CHRISTO. Ergo & hic
id fieri posse, nisi velimus quidvis ex quovis finge-
re. Bene novisti Eleutheri, et si & hic contradic-
tionem collocas, unde fiat, qvod una persona
sit constans duabus naturis, qvoniam subsistit
humana subsistentia non sua sed τὸ λόγος
Scriptura id REVELANTE, jam & tibi probatio
incumbebat, ut ostenderes vel verbulo id qvod
nos in Deitate Personam nominamus subsiste-
re non subsistentia propria, jam petis principi-
um, & ex qvolibet communisceris qvodlibet.

§. XIX. Principium quartum est hoc: Mu-
licipato loco, multiplicatur quoque locatum. Non
obea naris fuit autor istius scripti, qvisqvis il-
le sit, qvod præsentiscit atqve olfacit, si infini-
tas Numinis firma consistat, qva dicitur Totus
DEUS esse in Cœlo, Totus in mari, Totus in
terra essentialiter, Totus in te, Totus in me, fa-

etiam Rationi congruum videri, DEUM
Essentialiter Totum esse in Patre, Totum in Fi-
lio, Totum in Spiritu Sancto. Ideoq; istam
hypothesin Orthodoxorum πεπονη ψευδό.
nuncupat, cui innitatur Dogma de Trinitate,
ceu structura suis columnis. Verum si osten-
dero, Bone Vir, securim tuam, qva istam co-
lumnam concidere conatis esse ferruginosam
atqve hebetatam valdè à qva nihil sibi metuere
habeat, hoc ipso Articulus Trinitatis te etiam
invito per te consolidatur. Ut autem initio
monui πεπονη ψευδό. vestræ hæreseos esse,
Duo facere Lumina in Theologia ita dato uno
tali absurdo, infinita seqvantur necesse est. Si
enim sanæ mentis esses, ita colligeres: Dicit
Scriptura constanter DEUM ipsum substantia-
liter adesse ubiqve locorum sine divisione sui:
Ergò illa propositio vera est. Ergò forsitan nec
sanæ & informata Ratio contradicit. Tu au-
tem contra: Ratio mea contradicit, qvia sic
DEUS statuitur unus & non unus. Et ponis
pro fundamento particulare qvoddam & mul-
tis modis incertum atqve falsum effatum Phi-
losophicum. Inde pueriliter prorsus colligis:
Ergò tale qvid de DEI Infinitate in Scripturis
non invenietur. Jam affer Carnifex funes, at-
qve cruces, ut distorqveatur Scriptura tan-
tisper, dum conformiter loqvatur putido Pho-
tiniano. Nostrum autem est hic primo audire
Scriptu-

Scripturam loqventem. In qua ex cœteris te-
stimentiis ipse noster Magister attingit locum
Jeremiæ notatum capite tertio & vicesimo,
commate vigesimo quarto: *An DEUS è propin-
quo ego? dictum Iehovæ; ac non D[E] U S è longin-
quo? An delitescere potest quisquam in latebris, ut
ego non videam ipsum? Dictum Iehovæ et anno cœ-
lum & terram ego impleo? dictum Iehovæ.* Ana-
lysis totius Orationis evincit, DEUM se ipsum
opponere istis Variis, qui se persuaserant D[E]
U M istas rerum minutias haud curare, quas tra-
ctabant, quippe longè ab illis remotum, in Cœ-
lis alia habere queis intentus sit, nec opus esse
singulari ad Prophetiam vocatione. Sic enim
Ratio DEUM absentem fingens & in Cœlis lo-
caliter residentem, non potest non negare Pro-
videntiam circa singulares hominum actiones,
quasi turpe sit D[E] U M efficere labore atque oc-
cupationibus oneratum. Ut est apud Jobum
capite XXII. Et (credo) dixisti; *Quid sciret DE-
US? Nam quid per caliginem judicabit? Nubes
ipsi sunt abscondioni, ne videat, & orbem cœli inam-
bulat.* Eudem errorem errat Aristoteles in li-
bro de Mundo capite quarto: *Ubi D[E] U M in al-
tissimo cœli culmine residere fabulatur, & non nisi vi
quadam proximis rebus impressa & ad inferiora
paullatim derivata ea attingere.* Hujusmodi so-
nniis de virtuali omni præsentia DEI Spiritus
Sanctus opponit essentialiem, quâ secummet
ipso cœlum & terram implet DEUS. Dicis:

*Scriptura nos jubet manus & oculos attollere, Ergo
DEUM in cælo nobis ostendit. Sic etiam Aristote-
les hario latetur in loco allegato: Regionem mundi
supremam DEO attribuit universus mortalium con-
sensus: Καὶ τὸ πέρι τοῦ οὐρανοῦ ἀνθείνουσα
τοῖς Χειροῖς εἴς τὸ σεγίνοντα εὐχάριστη μηδέποτε.
Indene sequitur DEUM concludi in Cœlo, ab-
esse à nobis per immensa intervalla quoad Sub-
stantiam? Qvare autem Cœlum potissimum se-
des DEI constituatur, docent alibi Theologi.
Idem DEUS qui Cœlum habere pro Solio dicitur,
is Terram pro Scabello habere dicitur in
Prophetiis Esaiae. Da Rationem, cur magis
isthic Essentia DEI quam hic riotetur, qvia ultra-
biqve par ratio? Dicis: Non habitat Deus in tem-
plis manufactis. Respondeo: Hoc est, quod vo-
lumus. Eadem efficacia quam negatur DEUS
in templis habitare eadem negatur in cœlis
habitare nimirum circumscriptus, atque con-
clusus à locorum ambitu. I. Reg. II X. 27. An
revera habitaret DEUS in terra? ita ut à terra capi-
atur, ut sit totus hic, ne sit totus per essentiam
alibi. Immò inquit, ecce cœli ipsi, & cœli cœlorum,
non capiunt te, quanto minus domus haec quam edi-
ficavi. Secundo ut intempestivum os compescatur
de contradictione, quam subinde crepitat,
dico strictim. In loco aliqvid esse dicitur tripliciter
Ex. Murcie, super quartum librum Physic.
Disp. I. q. 4. primò Circumscripтивè, quando loca-
tum circumscribitur à loco, & partes locati corre-*

*Sp*ondent singulis partibus loci. Huic generi locato-
rum convenit tuum Principium, & libens fate-
or, si qvis ~~m&λυ&ητις~~ urgeat, loca illa plura fie-
ti (sed qui fieri possunt per potentiam natura-
lem?) locum unum, aut corpus unum dividi in
plura sit necessum. Hactenus verum dicens.
Secundò Definitive, quando locatum est in definito
& terminato loco, non tamen correspondent partes
locati partibus loci, quia locatum indivisibile est. Ut
Angelus & anima Hominis. Et hic tuum evi-
dens principium nemicam quidem veritatis ha-
bet. Tertiò infinito in loco, ut solus DEUS qui est
in Seipso, continens omnia. Ubi, & ut Scaliger:
Intra omnia: Sed non tamen inclusus in ipsis.

Extra omnia: Sed non tamen exclusus ab illis.

Ubi sibi lucratur,

Ut sustinet omnia, fert nec subitus habetur;

Excedit ita, & superest, nec libratur illis.

Regnat ubique sine loco; sine tempore, semper.

Extra omniaq; omnis, sine partibusq; totus.

Ante omnia, post omnia, totus, unus, ipse.

Miser Philosophi, quod si tuum axioma ne in
anima quidem humana, at quanta ad DEUM
comparata & fidem invenit, cum omnium Phi-
losophorum sententia sit ex immotis rationib;
eam esse totam in toto & totam in quavis parte
secundum essentiam sine sui multiplicatione,
quo modo immensum atque infinitum DEUM
excedentem omnes locos multiplicabit? Ante-

signanus

signatus vester Smalcius patriæ meæ Ischboschet
subolfaciens contra Smiglec. in refut. l. i. de
error. Arrian. c. 13. quantum roboris huic argu-
mento insit ab animæ natura spirituali ac indi-
visibili sumto, impudenter negat supra memo-
ratum Physicorum vulgare dicterium, & qvidem
ex ea ratione, qvia uno resecto membro, anima re-
secaretur, quod falso esse ait. Verum objectio
hæc cœptoræ loco allata tam elumbis est, ut ty-
rones Physics eam diluere possint. Qvi volet
legat Dn. D. Danhaweri Controv. IV. Disp. pri-
mæ Colleg. Psychol. Et Dn. D. Kesleri Sect. II.
Phys. Princ. 6. Heic terminalia sunt. Patre Lu-
minum adorato pro concessa gratia, à te pie Le-
ctor, Ζει παραγλελεμόνεις συγγνώμην mihi pol-
liceor. Meo enim modulo ac pede metiri me
didici. Rem acu non tetigi, nec diffiteor. Sat est,
Verbum veritatis retinuisse. Qvæ ingenii acu-
men non penetrat, colligat in sinu suo FIDES.
Erit cum videbimus Eum sicuti EST. Nunc bal-
butimus Pueri. Te autem, qvisqvis es, PHOTINI-
ANE, oro atq; obtestor, ut petulantia ingenii ex-
cussa sedeas ad MAGISTRI UNIUS pedes discipu-
lus, & tot contradictionum plausta ultro dis-
parebunt. Qvando fese Israël converterit ad
Īdominum, tolletur velamen illud. Sin, audi
Decretum detua Schola factum ac promulga-
tum: Abolebo sapientiam sapientum, & intelli-
gentiam intelligentium tollam è medio.

Fiat, Amen.

et
de
U.
di
o.
m
re
io
y
let
ri
II.
u.
e
ol
ne
st,
u.
S.
I-
I-
X-
I-
S-
ad
di
g



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72995983X/phys_0097](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72995983X/phys_0097)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72995983X/phys_0098](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72995983X/phys_0098)

DFG

the scale towards document

Scripturam loqventem.
stimois ipse noster Mag
Jeremiæ notatum capite
commate vigesimo quarto
qvo ego? dictum Ichovæ; a
quo? Ad delitescere potest q
ego non videam ipsum? Di
lum & terram ego impleo?
lysis totius Orationis evir
opponere istis Vatibus, q
UUM istas rerum minutias
stabant, qvippe longè ab
lis alia habere queis inten
singulari ad Prophetiam v
Ratio DEUM absentem s
caliter residentem, non p
videntiam circa singulare
quasi turpe sit DEUM ei
cupationibus oneratum.
capite XXII. Et (credo) d
US? Nam quid per caligi
ipsi sunt absconfioni, ne videa
bulat. Eundem errorem
bro de Mundo capite qua
tissimo cœli culmine residere
quadam proximis rebus i
paullatim derivata ea attin
mniis de virtuali omni pr
Sanctus opponit essentia
ipso cœlum & terram in




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. _____

Scripture